# Congeſtorium Artificioſe Memorie. V. P. F. Joánis Romberch de Kyrſpe. Regularis obſeruantie predicatorie: Omnium de memoria preceptiões aggregatim complectens:

opus oĩbus Theologis: predicatoribus ⁊ confeſſoribus: Juriſtis: iudicibus procuratoribus: aduocatis ⁊ notarijs: medicis: philoſophis. Artiuꝫ liberalium profeſſoribus. Inſuper mercatoribꝰ nuntijs ⁊ tabellarijs perneceſſarium.

¶ Ingenij liberalium Artium Cultoris Franciſci Angeli domini Auguſtini Piſaurenſis filij ad lectorem Endecas.

Num miraberis o diſerte lector?
Quum perlegeris hunc nouum Libellum
Nulla cui ſimilem dedere Secla
Habendum magis Vnice ⁊ Smaragdo.
Nam quum labilis ⁊ nimis caduca
Mens ad inſtar Aque fluentis extet.
Tot erroribus hic Opem rependit
Per breues Methodos iuuando mentem
Quem ſi callueris, tenebis omnem
Quam voles facili modo Mineruam
Emas hoc igitur ſacrum Volumen
Kyrſpenſis vigili Manu expolitum.

¶ Hieronymus de alijs Artium ⁊ Medicine doctor ad lectorem.

Qui memorē q̄ris multoꝝ reddere mentem.
Quoꝝ nature vis meminiſſe negat
Hūc eme q methodo mōſtrat tibi cūcta libellū
Per que lethea(s) tu ſuperabis aquas
Quid locus ⁊ menti qd preſter imago tenaci
Hic docet/ vt condas pectore queq; tuo
Sed meritas Róberch debes pſoluere grates
Aedidit egregium qui tibi lector opus.

¶ Io. Aloyſi' Triui. mēorie cupido lectori. S.

Quo memor eſſe breui poſſis chariſſime lector
Hinc diſces/ cordi ſi tibi cura/ modum
Eſt reminiſcendi vis rerum maxima cuſtos
Qua diſciplina eſt multa paranda tibi
Hac ſine qd proſit ſtudium? longiq; labores?
Dēpta hac nil ſtudium: nil iuuat ingeniū:
Si memor eſſe velis igit: que munera dant
Sume: quibus diſcas cūcta tenere locis.

¶ Reverendiſſimo in Chriſto patri ac domi-
no Do. Dominico Grimano Epiſcopo Por-
tueñ. S. Ro. E. Cardi. S. Marci ac Patri-
arche Aquilegie: frater Joan. Romberch
de Kyrſpe Profeſſionis predicatorie:
perpetuam felicitatem atq; me
moriam eternam.

OBtigit Reverendiſſime Domine
Quinto Fabio Maximo ſingula-
ris laus: q ingenti quadam fuerit
noticia atq; memoria vetuſtatis.
Et immenſius fertur Lucij honor
incredibili eum memoria preditum. Julij Ce-
ſaris memoria qua tam tenaci vigebat q nihi
li pter iniurias obliuiſceret ex priſcoꝝ Croni
cis ingēti laude reſumitur. Quid Lucij Anei
Senece preclarius meminiſſe q; vberrimā me
moriā: q facile duo millia nolu; recitata eodē
ordine: artificioſe reddidit. Atq; ducentorum
diſcipulorum quos ſinguli dixere ſingulos ver
ſus ordine retrogrado recitauit. Luculus Lu-
cius Imperator ꝛ ampliſſimus philoſophꝰ ea
rerum memoria mirum immodum pollebat:
que precipuis debeatur laudum titulis: In ea
quam verborum aiunt Hortēſius vnus omni-
um plus viguit. Legimus Cyneam legatum a
Pyrrho dum Romam mitteretur: poſtea in-
greſſionis die Senatus patres: ſingulos pprijs
nominibus ſalutaſſe: Sic Mitridatem duaꝝ
ꝛ vigīti gētiū impij ſui diuerſas nouiſſe liguas
aiunt: adeo quidem vt cuiq; petenti iura pa-
trio redderet ſermone. Cyrus deniq; perſaꝝ
rex exercitus ſui (quanq; magni) ſinguloꝝ mi

litum nomina meminiſſe pro eius gloria apud veteres diuulgatur. Carneades in grecia: que/nis ſibi oblata volumina in morē legentis memoriter recitauit diuina quadam memorie fecunditate. Aneus Seneca fert Latronē Por/tium memoria pro libris ſemper vſum: quã que ſemel didiciſſet perpetuo beſitura illi perma/nebant. Atqui id eis duntaxat vel perpaucis aliis peculiare erat: Caducea ſiquidē multis paſſionibus ſubiecta: ⁊ vndequaq; deſecribi/lis hominū generi innaſcitur memoria: Que niſi arte fuerit adiuta mox perexigua defati/ſcit in pauculis: Quare ipſam pleriq; medicinis ⁊ nonnullis ex Symonidis inuentione lo/cis ⁊ imaginibꝰ reuelare moliti diuerſa diuer/ſis ingeniis media excogitarunt. Inter q̃s Se/neca/Tullius/Quintilianus/ Stephanus de Zauro/Franciſcus Petrarcha/ Marcolꝰ Ue/ronenſis/Jacobus Publicius/ Inſuper/ Petrus Rauennas legum doctor/Joannes Sur/gant/Joan. Roechlin/Georgius Reſch/ Ge/orgius Siburi precipui ſunt quos viderim ⁊ q̃zplures aliorum libros de hac arte impreſſos legerim. Sunt quoq; nōnulli qui tam ⁊ ſi per/petua vigerent memoria ⁊ eius cōfirmande p̃/ceptiones in editiunculis ſuis abſque nomine ſuo tradiderint: Qui ⁊ ſi perhennem neglexe/re memoriam nominis ſui inmemores: Nō p/pterea ſalubrem eorum aſpernatus eruditionē quicquid conſentaneum huic rei excogitarūt ſimul cum aliorum preceptionibus: pro importuna amiciſſimi mei. Do. Joan. Greuēbroch artium philoſophie ac medicinarum expertiſ/

ſimi doctoris ſolicitatione dum adoleſcentior
eſſet in vnum congeſſi libellum: qui inde Con-
geſtorium artificioſe memoratiue nomen ſorti
tus eſt. Interpoſita itaq; per me appellatione
cum deuolueretur ad S. Apoſtolicam cauſa
Jacobi hochſtraſſen inquiſitoris contra Spe-
culum oculare: tibiq; inter cardinei cetus vi-
ro preclariſſimo committeretur/veluti iuriſcō
ſultiſſimo: ⁊ quod precipuum e[…]t: quia inter
Theologicum agmen facile primatum tibi vē
dicas: vt vir alter eque actu (abſq; iniuria di
xerim) quid nam fidei orthodoxe conſentane
um: quidue diſſonum internoſceret. Cumque
igitur reuerendiſſime pater e procuratore quē
geſſi apud Epiſcopum Spyreñ. factus apud
Reuerendiſſ. Domi. tuam ſolicitator con-
tra capnioneas illas opinationes abſre iuſtiti
am (ad quam vltroneus videbare) efflagitan-
dam indies vel rectius horatim edes tuas fre-
quentarem: duo potiſſimum erant que longe
more moleſtiam nonnihil alleuiarent: Impri-
mis quidem locorum arte Symonidis compa
ratio oportuna in tam amplo ſpacioſo perpo-
lite cum differentijs ad rem ipſam neceſſarijs
exornatiſſimo palatio. Hac modo vt Ciceronis
eſt preceptio centum inibi concederentur lo-
ca: verum pene infinita que Joan. Michaelis
⁊ Petrus rauēnas atq; alij ſuadent facillimū
illic conſtituere licuerit. Si quippe religioſoꝝ
domus Theologorum: Juriſtarum/Medicoꝝ/
Philoſophorum: ⁊ id genus hominum māſio-
nes ingredi libeat quatenus inibi nobis loca
vendicemus a Palatio tuo diſceſſus nulla ra

tio erat. Sed ⁊ aulas tuas omnium veterũ hy/
ſtoriis exornatiſſimas: Bibliothecam: graioꝝ
⁊ hebreorum libris refertiſſimam: vt lingue la/
tie infinita illic recondita volumina ſubticea/
mus: Que vel nuſq̃ꝫ vel rariter alibi habẽtur:
non immerito latine grece ⁊ hebraice linguaꝝ
tibi notiſſimarum argumentum exiſtentium
ſi mecum repeto: Capellam Sacellumue quo
modo ingrediar quatenus eccleſiaſtica q̄ Epi/
ſcopum decent contempler paramenta. Came
re/cellaria/ciſterne/cubicula: tot illuc vidẽda
erant vt non modo vnico complecteremur.
Alphabetho ſed nec alphabeti litterarum nu
mero alphabetis. Sed illic loca deſumere for/
ſan illis non expediret qui vacua ea conſtituẽ
da perſuaſum habent: quandoquidem ibi tam
rara ⁊ ſingularia rerum natura conſtituit:
ingenium excogitauit: ⁊ ars fabrifecit: vt in/
uiſa ad oculum cernantur: Deus: Ange/
lus: demones: ⁊ anime: viſa nuſq̃ꝫ perfectiora.
Niſi non caras plantas rariores arbores: rariſ
ſima contuitus eſſem animantia: Sed nec hic
ſumendus erat laudis apex: Ubi quod lauda/
tiſſimum eſt non aliunde q̃ꝫ a familia tua oĩuꝫ
diſciplinarum: omnium deniqꝫ v̄tutis ſancti/
monie: ⁊ probitatis morum: idee/imagines/ et
exemplaria forent vendicanda. Quandoqui/
dem in cunctis edium tuarum angulis tantos
taleſqꝫ contẽplaremur homines quibus meri/
to in ſtuporem verteremur. Et hoc in eccleſia/
ſtice hyerarchie quaſi monarcha magis appro
bandum erat: q̃ꝫ fallaces vidiſſe diuitias: petu
lantes laſciuaſqꝫ (que a domibus tuis lõge ab/

ſunt)puellas:⁊ inanes ſecularesqꝫ pompas:q̄s
faſtus tu vnus vnice abijcis:in omnium diſci-
plinaꝝ genere potius non modo obuerſat⁹:ſed
penitus abſorptus videare: adeo quidem vt ſi
etiā R. D. tuā altiori muſa canendā huc non
attulero:me latet quā virtutis imaginē vel ſci
entie ideā:aut officioꝝ ſpecies ab aulicis tuis
non deſumerem. Dominus Antonius Sancij
Jur. d. hiſpanus auditor cauſarū auditorij vi
cē diligentiſſimi tenebit. Quis cui ſecretior q̄ꝫ
Jacobus Skeca Arch. Sannie Dominico.
Et notarium vnde occulatiorē Laurentio Sa
ger citabo vt taceam reliquos id generis viros
ad probitatem virtutem equitatem ⁊ iuſtitiā
officioſiſſimos:inter quos tu alter Apollo et
phebus alter vt matutinum coruſcas aſtrum
cunctorum memorandorum perſpicaciſſimo
ingenio colluſtrator:adeo vt queqꝫ intellecta
ſenſibuſqꝫ percepta penes m..morem recōdens
mentem:tu ipſamet cēſeare memoria. Quam-
obrem memorie memor memorantium patres
non meminiſſe:immemoris nephas perpetua
memoria memoraretur. Ne proinde memor
memorie culper memoris immemor te memo
ria pre omnibus memorantibus preditum q̄ꝫ-
tum his chartis fortuna fauet in memoranti-
um omnium memoria figam. Eroqꝫ memor
nominis tui:quoad memoriam faciat mirabi-
lium ſuorum miſerator dominus donec in me
moria eterna ſit iuſtus. Interea ne ſis memorā
tium pater immemor filioli. Seruuliqꝫ tui cu
ius Congeſtorium artificioſe memoratiue no-
mini tuo ſacratum:in pignus atqꝫ perpetue

memorie monimentum munuſculi qualiſcūq;
loco : Hylari ſi exceperis vultu : nunquam
in arduiorib⁹ tui immemor ero cum lucē exce
perint q̄ indies molimur edere. Uale.

F. Joan. Romberch de Kyrſpe Regularis ob
ſeruantie in cetu Agrippino Colonieñ Ordi/
nis p̄dicatorū B. Dñici pfeſſor: Reuerēdiſſi/
mo in Chr̄o p̄ri: magiſtro Garſie de Loayſa exi
mio Artiū ph̄ie ac ſacre Theologie pfeſſori: to
tiuſq; Ordinis p̄dicatoꝝ meritiſſimo Gñali
mgr̄o humilē obediētiā: ꝛ pperuā felicitatem.

Compoſui olim Reuerēdiſſime p̄r
ex diuerſis authoribus libellū par
uum ſed pfecto/ ni fallar/ plurib⁹
plurimū ad ſuffragandū defectui
naturali memoratiue conducens.
Quē Rome añ q̄ttuor annos bis trib⁹ Bono/
nie ac ſupiori Venetijs multoꝝ pulſus p̄cibus
p̄lo cōmittendū recuſaui hactenus. Niſi modo
quaſi vim paſſus: a nōnullis nobilib⁹ amicis
p̄cipuis Venetis: magnifico dño Maurino Sa
nuto reꝝ geſtaꝝ p̄clariſſimo hyſtoriographo. ꝛ
oium diſciplinaꝝ cupidiſſimo vt ꝑe mōſtrant
q̄ttuor milia voluminū penes ſe in ppetue me
morie theſauꝝ oī auro p̄cioſo chariorē ſeruata
in qbus ſepe raras ꝛ nuſq̄ alibi cōpertas vidi
ꝛ legi diſciplinas. Et dño Nicolao Mocenico
viro impēſe docto ꝯſultiſſimis apud ſenatum
Venetū viris reipublice. Et magnificis domi/
nis Petro donato ꝛ germano ei⁹ Laurētio vi
ris me hercle integerrimis ꝛ multaꝝ diſcipli/
naꝝ nō vulgariū rariter doctis. Et vt taceam
moꝝ pbitatē hoꝝ oium/ ingenuā libertatē/ p̄/

claꝝ ſanguinē/⁊ alta ſtemata:qbus iure vendi
carint ſiqd inſeruire ꝯcederetur : adeo me di/
gnati ſunt:tantis afficere bñuolētijs ⁊ tam co
pioſe accumulare bñficijs ſepe polliciti ſunt:q̄/
rum aliqua recuſaui humiliter aliqua gratan
ter quārum noſtre obſeruantie regularis pau/
pertas pati poterit excepi . Reliqua vtpote
gradus ⁊ promotiones in tuā duntaxat reue/
rendiſſime pater detuli manum:Unum quidē
hoc mihi reſeruaui vt rerer ingratiſſimi ani/
mi eſſe viris de me tā bñ meritis in honeſta q/
dem petitione non acquieſcere. Quamobrem
ꝯgeſtoriū e manus mee Archytipo paſſus ſum
in quingentos exemplari:arte impreſſoria Ge
orgij de Ruſconibus. Non tamen ſine conſilio
⁊ aſſenſu quin potius ſuaſu ⁊ exhortatione re/
uerendorum patrū magiſtri Damiani lori Ve
neti in conuentu p̄dicatorum:ſanctoꝝ.ſ. Jo.⁊
Pauli de Venetijs regentis meritiſſimi:⁊ ma
giſtri Thome oī bono celeberrimi eiuſdē con/
uētus ſacre theologie ꝓfeſſoris. Inſuper eximi
orum phie ⁊ medicine doctorum. D. Antonij
de fantis:p̄clariſſimi apud inclitos Venetos:
logice ⁊ phie lectoris: Cuius inſtantia effica/
ciſſima ad libelli emiſſionem perſuaſit tum ꝓ/
pter plurima eius in me bñficia tū propter in/
genuos eius auditores pro quibus id poſtula/
bat. Inter quos. D. Angelꝰ ceno domini Vin
centij filius:⁊.d.Franciſcus Angelus:dñi Au
guſtini piſaurenſis p̄clariſſimi artium ⁊ medi
cine doctoris filius:artium cultores amiciſſi/
mi mei ex publicis priuatiſq; diſputationibꝰ
quibus ſepius interfui tam p̄clarum oſtendere

ingeniū q̄ cui ſi ars memorādiq; facilitas ac/
ceſſerit breui futur̄ erit q̄ſq; ꝯpares facile ſup/
ent: eo libēti⁹ opuſculū dedi: q̄ id tantor̄ viror̄
inſtātia poſtulabat. Cui nō defuit dn̄s Hiero.
de Allis phyſic⁹ exptiſſim⁹: q parit̄ in eā ſniam
coiuit: illis deniq; Cōgeſtoriū ꝯceſſi vt ipſis iu/
dicib⁹ vl̄ domi deliteſceret vl̄ tuo nol dicatū i/
uulgaret̄: aut cuiuis alteri cui id tu potiſſimū
velis. Nūquidē ſine te poſſim nihil ꝛ debeā ni
hil: tū q̄ moderamini tuo abſtrict⁹ ſim: tū etiā
q̄ gradib⁹ ꝛ honorib⁹ ſeruulū tuū paucis ela/
pſis dieb⁹ accumulare fauorabilit̄ dignat⁹ fis:
baccalaureatū i ſacra theologia grōſe ꝯcedēs.
Tuo itaq; nōie p̄i obſuādiſſime illō opuſculū
vnaq; tecū R. D. Dn̄ico Grimāo Car. dedicā
dū cēſui. Opuſculū pfecto nr̄m id nr̄uz: q̄ ex ol
b⁹ his artis pfeſſorib⁹ mea opa ꝯgeſtū: ꝛ quātū
vires ſupperebāt: ꝛ ocio ꝯceſſuz ē Colonie Ul/
me / Rome / Bononie / ꝛ vbi me reppererim vſu
ꝯprobatū. Qō ſi a ſua Reuerēdiſſ. atq; tua p̄i/
nitate approbatū iri itellexero: i altiorib⁹ vt
nup cepi in diui Thome cōmētarijs ſup epl̄as
b. Pauli q̄z recognitionē tibi nūcupaui: ꝛ Al
berti opib⁹ atq; alijs q̄pluribꝰ: q̄ erroribus e/
limaui nomē tuū / p tua dignitate / imortalita/
ti donabo: atq; indelebili nota imemorijs hoīz
ꝯſignabo: put hoc ipm egregia tua facinora: ſa
lubris doctrine ꝛ qd̄ pcipuū ē ꝟtutis ꝛ ſancti/
monie exēpla lōge lateq; diffuderint. Uale re/
uerēdiſſime moderator ꝛ inter ceteros ſub tuo
gubernaculo chriſti famulos ne tuis paternis
negligas viſceribus Joan. tuū amplecti. Ex
Uenetijs ad Kalend. Maius. 1520.

Sūma tractatuū ⁊ caploꝝ
Congeſtoriū artificioſe me/
moꝛie: tractans de memo
ria locali: in quattuoꝛ pn/
cipales partit tractat⁹.
Pꝛimus tractat⁹ eſt de q/
buſdā/ pꝛeambularibus/ ⁊
cōtinet ſeptē capitula.
De poſſibilitate neceſſitate
⁊ vtilitate artis memoꝛa/
tiue. ca. 1.
De refutatiōe detractionū
artis: ⁊ ꝯmēdatiōe ei⁹. c. 2
Quibus ars memoꝛatiue
conueniat: ⁊ quādo ea vtē
dū ſit. c. 3.
De deſcriptione memoꝛie
⁊ eius diuiſiōe. ca. 4
De memoꝛandi fundamen
to. Et documentis eā ſal/
uantibus. ca. 5.
De impedimentis ⁊ nocen
tibus memoꝛie. ca. 6.
De locoꝝ ⁊ imaginū neceſ/
ſitate ⁊ vtilitate. c. 7
¶ Scōs tractat⁹ eſt de lo/
coꝝ natura ⁊ fabꝛicatiōe.
Et ꝯtinet nouē capl'a.
De Agēdoꝝ oꝛdine ⁊ loco/
rū deſcriptione. ca. 1
De diuiſione ſiue multipli
citate locoꝝ. ca. 2.
De locoꝝ nūero ⁊ cōſigna/
tioner. cap. 3.
De varia locoꝛū conquiſi/
tione. ca. 4
De regulis cōditiōes loco/
rū continentibus. ca. 5
De fabꝛicationis locoꝝ va
rietate: qualitate ⁊ habi/
litate. ca. 6.
De locoꝛū fictoꝝ fabꝛicati
one. ca. 7
De exēplificatione locoꝛū
fictoꝛū. ca. 8.
De euacuatione locoꝝ p de
letionē imaginū. c. 9.
¶ Terti⁹ tractatus de ima
ginibus ⁊ eaꝝ factura ac
multiplici fabꝛicatiōe. Et
ꝯtinet decē ⁊ nouē capl'a.
De imaginū diffinitiōe: et
diuerſa appellatiōe. ca. 1
De imaginū multiplici di
uiſione. ca. 2
De ſubſtantia ⁊ quantita/
te imaginū. c. 3
De q̄litate imaginū: ⁊ effi/
ctiōe atq; notatione. ca. 4
De actiōe paſſiōe ⁊ viuo/
catione imaginū. c. 5
De varia imaginū ſumpti/
one. cap. 6
De ſignificatiōe ⁊ repſenta
tione imaginū. ca. 7.
De generali appꝛopꝛiatio/
ne imaginū ad res memo/
rabiles. ca. 8.

De litterarũ imaginib⁹ ma
terialibus. cap. 9
De viuis litterarũ imagi-
nibus. cap. 10
De imaginib⁹ ſyllabarum
naturalibus. cap. 11
De cõpoſitiõe ſyllabaꝝ ex
figuris realibus. ca. 12
De imaginibus caſuũ grã-
maticalium. cap. 13
De dictionum ſimplicium
imaginibus penes ſubſtã-
tie gradus. ca. 14
De arte dictionãdi ⁊ colli-
gantia dictionum. ca. 15
De modo faciendi imagi-
nes metaphoꝛico penes in
ſcriptionem fictionẽ ⁊ e-
thymologiam. cap. 16
De imaginib⁹ p tranſſum-
ptionẽ mot⁹ coꝛpoꝛis ⁊ in
ſignia factis. cap. 17
De fabꝛicatiõe imaginũ iu
xta ꝯpatiões diuerſas c. 18
De foꝛmatiõe imaginũ pe-
nes eaꝝ diuiſiões. ca. 19
¶ Quart⁹ tractatus de ap
plicatiõe artis ad partes
ſubiectiuas eius. Et conti
net. ca. 14
De applicatione locoꝛũ et
imaginũ ad res naturales
artificiales ⁊ mixtas. c. 1
De imaginum applicatio-
ne addictiones intentio-
nales ⁊ reales. ca. 2
De ſubiectis pncipijs ⁊ fine
oium ſciẽtiaꝝ. ca. 3
De diuiſiõe entis ĩ ſuas p-
tes ⁊ de earũ imaginibus
atqꝫ memoꝛia. ca. 4
De applica. artis ad ſnias
diuerſimode acceptas. c. 5
De memoꝛia oꝛonũ ſimpli-
citũ ſiue ꝓpoſitionũ. cap. 6
De memoꝛia authoꝛitatũ
⁊ arte allegandi. c. 7
De cõcluſionũ ⁊ queſtionũ
memoꝛatione. cap. 8
De memoꝛia ſyllogiſmoꝛũ
⁊ aliarũ ſpecierũ argumẽ-
tationis. ca. 9
De memoꝛia lectionũ col-
lationũ ⁊ ſermonũ atque
hyſtoꝛiarum. cap. 10.
De memoꝛia ꝟſuum ſiue
carminum. ca. 11
De pꝛompta incorpoꝛatio
ne auditoꝝ. cap. 12.
De memoꝛia rerũ pꝛopha-
narum. ca. 13
De modo legẽdi incoꝛpoꝛã
di meditãdi ⁊ reperẽdi ea
quoꝛum memoꝛiam exqri
mus. cap. 14
Concluſio opis ⁊ peroꝛatio
exemplaris.

Finis.

¶ Frater Joan. Romberch de kyrſpe: Conuē‑
tus fratrum predicatorum in Colonia profeſ‑
ſor Joanni Greuēbroch bonarum Artiū
⁊ philoſophie magiſtro: Ac medici
narū Alme vniuerſitatis Co
lonieñ. baccalaureo: ſuo
dño ⁊ amicó. S. P.



Uāq̄ꝫ diuina pene vigeas me‑
moria mi Joannes dulciſſime qua tanta naturaliter predit⁹ es: vt que facili comparaueris ingenio: mox indelebili nota fixiſſe videaris. Expoſtulaſti nihilominus: (vt omnium di‑ſciplinarum es auidiſſim⁹) artificium quo in ſubitaneis pregnantibuſqꝫ vti conſueuimus negotijs: tibi in perpetuum nře amicitie memoriam: relinquere monumentū. Id profecto primum ex diuerſis comparauim⁹ authorum libris: quorum Canones ⁊ regulas in vnum congeſſimus ad inſtar notariorū prothocollum diuerſarum cauſarum ⁊ negotioꝝ litis perſcribentium: vnde memorentur quid quiſqꝫ apud ſe queſtionis depoſuerit annotandum. Cui proinde Cōgeſtorium artificioſe memoratiue nomen imponimus. Deinde quātū vires ſuppetunt. ⁊ ocio conceditur artē praxi comprobare conamur. Tuarum itaqꝫ precum compos accipe quod longis extorſiſti importunitatibus. Sicqꝫ te exercita quaten⁹ addiſcas tui Joannis nunq̄ obliuiſci. Uale tui tuorūqꝫ memor ex kyrdorp. die martis intra octauas ſancti Martini Anno. 1513.

¶ Congeſtoriũ Artificioſe Memoratiue. Frater Joan. Rõberch de Kyrſpe profeſſionis predicatorie Regularis apud Cetum Agrippinenſem.

¶ De Poſſibilitate: neceſſitate: ⁊ vtilitate: Artis memoratiue. Cap. I.


Eminiſcẽdi atq; memorandi artẽ: q̇ naturalis inuẽt memoria: Priſcorũ quidẽ conceſſit auctoritas: quã nõ minus neceſſariã fore / quã retinendis plurimũ conducat: preclariſſimi quiq; virorũ omniphariã exercitatiſſimi q̃ttidiana deuicti experiẽtia abſq; alioꝝ auctoritate: ſua ſpõte profitentur. De quo nihil heſitantes cõſtanter aſſerunt eam et nature commoda retinere et ſcientie nihilominus rationem amplificare. Cuius profecto fundamentum facillime quiſque aſſequi poterit: quanquam multipharijs idolis / ſimulachris / imaginibus: et figuris conſtituatur. Infime ſiquidem conditionis homines litterarum neſcij: Imbecillimis ſibi memorandorum ſepenumero ſimulachris: notiſque retinenda figentibus comparant memoriam: vt et apud alios legi: ⁊ itidem plerunq; in diuerſis expertus ſum. Fratri cuidam idiote

Exẽplũ quendam ex Pſalterio verſum propoſui: quẽ vbi per me ſibi fabricatis imaginibus in loca monſtrata depoſuiſſet: abſque vlla titubatione reſumpſit ordine i etrogrado. Inſuper iuuenis alter artis huius penitus ignarus: figurulas in parietibus quaſdã inanes depinxit: qua

rum intuitu fauſte auctoritatum Ariſtotelis Neceſſi
de Auditu phyſco ſeriem recenſuit: tam et ſi tas Ar
hec eius ſimulachra nil penitus ſymboli gere- tis Se
rent cum materia illa: fuere nihilominus re- neca
cordandi adiuuamen. Si tam exilia iuuande
memorie conducunt: quid queſo non admini-
culabitur memorandi fundamentum ſi vſu et
exercitio extruatur? ¶ Cum autem Seneca
authore: Memoria ſit res ex omnibus maxime
anime partibꝰ delicata: fragilis/multiſq; ſub-
iecta defectibus. Et vt exemplis vtar ſicuti me
chanice artes corporis opitulantur neceſſitati
ita retentiuam oportere artificio fulciri: non
tam mea aſſertione quam aliorum aſtipulatio
ne liquet. Cui alludit Cicero ad Herennium Cicero
inquiens memoria non ſolum a natura perfici
tur: ſed etiã habet plurimum auxilij. Cuiꝰ S.
Thomas ſcda ſcde queſt. 49 articu. 1. aſſignans Sanct.
rationem notat intentiones ſimplices et ſpiri Th. 2. 2.
tuales ex anima facilius elabi: niſi quibuſdam queſti.
quaſi corporalibus alligentur ſimilitudinibꝰ. 49. ar. 1
Quam adinuente ſcripture vnam nouimus
cauſam: vt q̄ hũana neq̃t ꝯſeruare mẽoria: apõ Inuen-
ſe repoſita a ſolis hauſta vocibꝰ: ſaltem ex char tio me-
tis depoſitum relegens ſingulorum recorde- moratì-
tur. Priſci itaque philoſophi: ſiue Symo- ue.
nides ante omnes: ſiue Metrodorus aut quiſ
quis alius primo: huic humane fragilitati
ſuffragatum iri cupientes: vt tã opaca nauan
de diſcipline vmbracula defugerent: Memo-
rãdi hoc munꝰ ĩ poſteros largiri ſũt. Quo i oſ
ſcia (vt Tullio placet) maxĩe opꝰ ẽ. Quid enĩ- Tulli.
uero ꝓderit q̃q; doctiſſimoꝝ ſcripta exactiſſi-

me luſtraſſe: arteſq; ſectari vniuerſas: ſi qñ op; eas ad manũ nõ habeam⁹: neq; meminiſſe poterim⁹ q̃ docẽda forẽt q̃buſue vti placuit. ¶ Hoc ip; ſuis ope nemo dubitat vtile q̃d neceſſariũ quis autumant.

Utilitas artis.

Memoriam autẽ ait Cicero labilem arte iuuari: ⁊ naturalem quoq; egregiam magis confortari.

Cicero

Cibus neceſſaria eſt memoria.

Quid queſo vtilius veloci proloquendorum memoria: apprehenſione firmiore: ⁊ pronunciatione ſecuriore? Eiuſmodi hec ars indubie adminiſtrat. Et proinde omni ſtatui/ ſexui: ⁊ ſingulorum conditionibus competit. Religioſis vtpote ⁊ prophanis: ac quibuſliber artificibus philoſophis/ Juriſtis/ Theologis/ predicatoribus: ⁊ confeſſorib⁹. Cuilibet ſiquidem horum opus eſt: eorum meminiſſe que ſua inter ſunt: ad ſuum ſpectant officium: ⁊ que ſuo conducunt propoſito.

## ¶ De refutatiõe detractionum artis: ⁊ commendatione eius. Capitulum ſecunduz.

Refutatio blateronum

Ignaui plerunq; inſectantur ingenuas diſciplinas: quas aſſequi poſſe deſperãt. Ut iuxta vetus prouerbium: Scientia non habeat inimicum niſi ignorantem. Sicq; igit̃ inſulſus quiſpiam Zoilus: ⁊ blacterãs detrectator idolorum huius negotij varietate attonitus: hanc artem plus oneris q̃ frugis aut honoris cumulare conuicians deſpiciat: veluti mentis deſtructiuam: ⁊ que hebetes atq; fantaſticos ſui emulatores efficiat: huiuſmodi veluti hebetem ⁊ ad bonas diſciplinas ineptum poſthabeto.

Ariſt.

Abuſ⁹ artis nocet.

Tuq; firmiter teneto hanc artem eiuſcemodi reddere fantaſticos qualem vult Ariſtoteles lib. 3. de anima intelligentem: quem neceſſe

eſt

eſt fantaſmata ſpeculari. Unde eruditus quiſq;
efficitur literarum gnarus: cum noſtra cogni
tio a ſenſatis maxime nobis vendicanda ſit.
Nequaq̄ tamen fantaſticos generat: fatuos in
ſanos/delyros/ſyncopatos mente: vel ingenio
obſcuriores. Hi forſan id propter abuſum vt in
quibuſlibet alijs contingere nouimus accidat.
Alioquin Ariſtoteles/ Seneca/ Tullius ⁊ id
genus: pleriq; alij priſcorū: (Ut Neothericos
viros literatiſſimos eo munere taceā) ſtolidi:
inſipientes: ⁊ fatui: venirent inſimulandi. Nō
ſi abſonum ſibi videatur: digito labellum pre/
mat: quiſquis talis eſt detrector: ſueq; depu/
tet ineptiei: craſſitudini: ⁊ Segnitiei: q̄ ipſe tā
ti ſit muneris expers: quo egregios quoſq; egro
fert animo p̄claros eminere. ¶ Et defleat tam
alienū a ſe hoc p̄diuinū beneficiū: inter litera/
tos maxime precipuos exercitatiſſimū: arca/
na licet forſan mente repoſitū. Cuius vim hi
duntaxat nouere: qui perpaucis conquiſitū ca
nonibus: iugi meditatione/exercitatione: ⁊ ſe/
dulo vſu facilē quendā habitū memorandi ge/
nerarunt: quem nec leuiter amittere poſſent.
Hinc vana coꝝ concertatio eſt: qui propterea
nullius momenti eſſe contendunt: q̄ in longos
iā annos inter abditiſſima priuatim delitue/
rit. Eadē nanq; ratione viderentur aſpernen/
da: que in dies humana induſtria ex ſecretiſſi/
mis eximit latebris. Et quis neſcit veteres plu
ra ſuis etiā amiciſſimis abſcondiſſe? Quāobrē
noſtro euo congratulandū eſt: vbi paſſim quiq;
moliuntur in lucē quippiā grati edere: vnde ⁊
oblectari poſſit auidiſſima ſtudioſoꝝ mens: ⁊

Cōmendatio Artis.

Occultatio diurna artis.

Prima ratio. frugē largioris muneris potiri: vbi tot tantiq; viri florent: qui ſua beniuolentia deuincti hac cete: aſq; q̃zplures indies impartiūtur Romano eloquio editiunculas: non tamen hoc vnicū

Veneciis vi guntaxat. Sed magis tota olno ſapientia ab orientalibus ad occaſum heſperiaſq; defluxa partes: refluere cernatur. Atq; eſtimem in breui futurum: Sacra doctrina: vt ceptum eſt: tū hebreo tum greco eloquijs palam prodetur apud nos. Veriī ſunt pleriq; priuſq̃ ſtatuti cur

Scda rõſus methā attingant: turpiter defatigati: bra uio fruſtrantur. Ceteriq; grauioribus prepedi

Tert. rõuntur negotijs: quod ⁊ mihi (vt non ignoras) contigit: qui nec alijs cõferre queunt: quod v

Quart. rõſu ⁊ exercitio non firmiter radicauerunt. Multi vero floccipendentes: cuius fructum nõdum experti ſunt quod maxime laudādum erat vituperio affi iunt. Ediuerſo qui oſtentationis gratia cuncta peragunt inanis glorie viri cla

Vana gloria memorantiū borant: hoc artificio audita omnia: ⁊ lecta q̃q; coram ceteris recitare queant: ⁊ hi quod alijs in bonum noſcitur collatum in abuſum pertrahunt. Veluti multi difficillimas in logica enodare tentantes intricationes: ſeſe inaniter torquēt. Et in Rhetorica aerem verbis verberāt. In philoſophia inſcrutabilia rimant: in Theoſophia altiora ſe querentes opprimuntur a gloria: vt qui ſe ſapientes autumant ſtulti fiant.

Non mirum proinde ſi hac induſtria plerique aburuntur. Cuius tā copioſus eſt fructus: his qui ad Eccleſie dei edificationem: ⁊ orthodoxorum inſtructionem: predicationes Euangelij: Epiſtolarum: de virtutibus ⁊ vicijs: moralium

informationem: hiſtorias ⁊ Sanctorum vitas
in dei laudem ⁊ eorum preconia: ad animarũ
ſalutem recolliʒũt. q̃ʒ citiſſime hac arte: firmi
ter tenent: ⁊ cum fiducia efferunt. Quod alio/
quin longo tempore debiliteret ⁊ cum formidi/
ne fieret cum intermiſſione nonnunq̃ʒ vel ma/
ioris vel ſaltem equalis boni.

C Quibus ars memorie conueniat ⁊ quando
ea vtendum ſit. Capitulum tertium.

QUamq̃ʒ igitur omnibus plurimum con/
ducat: magis tamen oportuna eſt his q
iuribus ⁊ legibus: ſiue cauſas agendo ſiue voce — Quib⁹
do ſtudium ⁊ laborem impendunt. Et diuini potiſſi/
verbi declamatoribus: tum quia hi plurimus nũ ars
ſepe recordari habent: tum etiam quia materi ꝯueniat
as difficiles quemadmodum ſine hac arte nec Exéplũ.
rite capeſcũt: ita neq̃ʒ retinere queunt. In his Ubi vtẽ
deniqʒ monſtrorum facilior eſt fabricatio: que dũ ſit ar
ex rebus magis quam vocibus reluſtrat. C In te.
quottidiano attamen ſtudio ⁊ qualibet facul/
tate non frequentãdũ volumus. Niſi enim qs
ignotarum dictionum ſimulchra imaginandi
facilitate petiatur: non tam artibus conducet
q̃ʒ iuriſtis medicis ⁊ Theologis. Egregius ali/
quis artium lector nil in adiutorium preter ar
tificioſe memorata referre mihi retulit quod
tñ nec imitandũ cõſulo niſi diu exercitatis. Ne
qʒ is mihi eſt modus. Sed in arduis q̃ ſubito
efferenda ſunt: ⁊ ad q̃ naturalis mẽoria abſqʒ
artis ſuffragio nõ ſuppeteret: hoc bñficio fungor:
vt leuis cari q̃d maiori fiducia rite pnũciatu Nota bñ
r⁹ſim. Et itidẽ diuturnior hereat tpe. Queãd
modũ ꝑſ hebdõadales priões: ſenil de Chri paſ

ſione ſermonē locis mancipaui: vnde ſat eſt mi
hi annuatim ſemel dūtaxat loca repetere: ſicq̄z
iam octo vicibus eundē apud populū decla/
maui. Sic quoq̄z in natali intemerate virginis
Marie de nobili eius ſecundū carnis propaga
tionē proſapia. Ab Adā exorſus/ſingulas vſq̄z
ad hunc Euangelij a Mattheo deſcripti paſ/
ſum. De qua natus eſt Jeſus qui vocatur Chri
ſtus: dinumeraui generationes: abſq̄z vlla dif/
Modeſtia authoris. ficultate. Sic quoq̄z in natali dominico. In ce
na vltima Chriſti ⁊ alijs tēporibus: ex ſubita/
nea preuentus obediētia mox didici quod fir/
miter (vt teſtes ſunt qui affuere) eloquerer.
Hecce ne putes abſq̄ iactari: quin potius vt
diſcas q̄z mirabilia: que alijs ſtupentibus vidē
tur impoſſibilia: facile ſit hac arte operari. Si
cut accidit vt in auditorij mei admirationem
omnes iuris pontificij titulos ordine ⁊ recto ⁊
prepoſtero eque faciliter recenſerē. Quā tibi
cōmunicaturi artē: hinc demū ad inſtar veterꝝ
Suffragij peritio. poſtulamus diuinū pro eius aggreſſu preſidiū
a ſummo omniū opifice: qui memoriā fecit mi
rabiliū ſuoꝝ miſericors ⁊ miſerator dominus
omniū ſcientiaꝝ fons ⁊ origo: In quo ſunt o/
mnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie reconditi.

¶ De deſcriptione memorie ⁊ eius diuiſione.
Capitulum quartum.

Diffinitio memorie. Vetuſtū eſt adagiū Niſi nomen rei ſcieris
cognitio rerum perit. In qualibet pro/
inde ſcientia inter precognitiones. Quid no/
minis ſaltē connumeratur. Ne itaq̄z abſre q̄z/
plures attuliſſe videar cōmendationes regula
rum atq̄z canonum neſcientibus vnde hec pro

ficiſcantur: aut in quem vergant periodū. A
nomine tandē exordiar retentionis fundamētū
poſiturus. Inſtituti igitur noſtri opus a ſuis p
feſſoribus nuncupari conſueuit Memorandi/
Reminiſcendi. Recordandi/ aut ue meditan/ Ars me
di artificiū. Nec etenim immerito: Ars memo morati
ratiua dicitur: quandoquidē ingenij bonitas ua.
ſepe imitatur artē: Ars vero nature cōmoda
confirmat ⁊ auget. Hinc non ſibi vendicat me
moratiue nomen ac ipſa memoriā conſtituat in
eſſe: verū quia naturali adminiculatur virtu/
ti: quo facilius atq; firmius ſues expleat act⁹. Nō ex
Et ob id noſtre huic Editiuncule Congeſtoriū poſiti
Artis memoratiue nomen impoſuimus. Non nolo.
quia de naturali memoria ad iſtar philoſopho
rū/ diffiniendo/ diuidendo: proprietates in eſſe
ſuas demonſtrando: aut quouis alio docendi
genere preter q̃ꝫ propoſito deſeruit tractaturi
ſimus. Sed quia ob tuā piā moleſtā tū infeſta. Nō ſu/
tionē mihi Joannes dulciſſime perſuaſum erat ſcepti
modū ⁊ artē quibus in ſtudio ⁊ lectoꝝ memo/ laboris.
ratione cū oportuerit vtoꝛ: quo familiarius: et
ſuccinctius fieri poterit: pro noſtra mutua ami
citia tibi cōpendiolo perſcribere vt huice ſimi/
libus ad grauiora excitteris. ¶ Quatenus igit
ad rē loquar memoriā diffiniturus. Cū multi Diuiſio
plex partiendū ſit priuſq̃ꝫ diffiniatur quo mul meorie
tiplicata diuiſa ⁊ in minutiſſimas diſcreta por
tiunculas limpidius perſpici queant Vitātes
confuſionē: Memoria quatenus ad preſens at/
tinet equiuocū eſt pro naturali vi anime ſpeci
erū cōſeruatiua: ⁊ ad artificiū quo vis ipſa cor/
roboratur: vtpote quia vel naturalis memorie

vigore tñ vł artis ſuffragio ſinguloꝛ ꝗ memi-
niſſe libuerit recordamur: duplicē ꝑinde in pñ
tia ꝑleniori ſtilo tāgem⁹ memoriā. Eſt aūt natu
ralis mēoria q̄ aīe nr̄e inſita ē vł ſimul cū cogi
tatiōe nata. Et ē ỽt⁹ aīe p q̄3 retractat ꝑte: ita
vt ex eis metiaẗ futura. Et autore Dyomede:
ē velox aī ⁊ firma ꝑceptio cui⁹ facultatē fouet
exercitatio lectiōis narratiōis intētio: ſtili cu-
ra: redditio ſolicita: ⁊ diligens ītē rō. De natu
rali ītē mēoria q̄ruplex ⁊ q̄ q̄liſue potentia aīe
apō d. Tho. in ꝑma pte Sūme theologice. q.
77. art. 8. ad q̄rtū ⁊ q. 79. ar. 7. ⁊ q. 78. ar. 4. ⁊ in
varijs locis diſpiciēdū relinq̄. Venerabilis dñs
Albert⁹ in cōpedio naturalis negotij triplicē
aſtruit in hoīe repiri memoriā. Quar ꝑma eſt
cōſeruatiua ſenſibiliū ꝓprietatū ⁊ intentionū:
q̄s apphendit eſtimatiua ⁊ hec ē ſm partē ſen-
ſibilē ⁊ ſequiẗ eſtimatiuā. Alia eſt cōſeruatiua
intelligibiliū ſpecieꝛ: ⁊ hec ſequiẗ rōnem: ⁊ eſt
in poſteriore parte cerebri ⁊ has duas videẗ tā
gere Damaſcen⁹ cū dicit memoria ē ꝑhātaſia
derelicta ab aliq̄: ⁊ cōſeruatio ſenſus ⁊ intelligē
tie. Credo tñ ꝙ ꝑma in hoīe nō ſit alia ab ima-
ginatione. Tertia eſt memoria in ſuperiori pte
rōnis: ⁊ dī retentio vł cōſeruatio eſſentialis ſili-
tudinis veri ⁊ boni: hec ille ibi. Diu⁹ aūt Tho
mas duplicē aſſerit eſſe memoriā naturalē vnā
que eſt in parte intellectiue: potentia pure co-
gnoſcitiua ⁊ conſeruatiua tantū ſpecieꝛ. Aliā
que eſt in parte ſenſitiua que eſt theſaurus ſpe
cieꝛ intentionaliū ſiue intentionū ſenſibilium
cū ſenſu acceptaꝛ cuius organū eſt in extrema
parte capitis: vt ex hac figura patere pōt.

Deſcriptio memorie naturalis.

Dyomedes.

S. Th. 1. q. 77. art 8 et alibi.

Alber. magn⁹. 3 memoria ē. 3.

Dama.

S. Th.




Et quoniā hec pars ſi humidior ſit q̄ oportet
male retinet acceptas ſpecies: hinc eſt q̄ pleri/
q̄ʒ huic defectui mederi intendentes: diuerſis
modis vnctionū hanc partē exiccare moliun Tr nīs
tur: de quo alibi locus opportunus: diuerſi di/ ſtuctē di
uerſa ſentiunt: caute autē adhiberi remedium In no/
conſultius mihi perſuaſum habeo: tu vel nſam ma orū
de hoc habere intentionē vel que ipſe apud ex lr̃arū
peritiores legeri medicos tene. Quod ad hūc
locū attinet naturali memorie non medicinis
ſed locis ⁊ imaginibus ſuffragandū cenſemus

quā induſtriā veteres memoriā Artificialē nū
cuparunt. Eo ꝙ rationē doctrine plurimū am
plificet. Et eſt (vt vnica duntaxat notificē de
ſcriptione Tulliana) diſpoſitio imaginaria re
rū ſenſibiliū in mente ſuper quas memoria na
turalis reflexa cōmouetur ⁊ adiuuat: vt prius
apphenſa facilius/diſtinctius/et diuti⁹ valeat
recordari. Nō itaqꝫ accipias hic memoriā ſiue
naturalē ſiue artificio adiutā: quatenus cōtra
Reminiſcentiā diſtinguitur. Sed prout eſt ab
vtraqꝫ exuberans virtute coniunctim vtpote
retinendi artē: ⁊ retentorū quomodolibet ad
nutū conſiderandi legendiue facilitatē. Quaꝫ
Petrarcha in lib. de Aduerſa fortuna adiutā
iri ſuadet in hec verba. Si tibi memoria fluxa
fuerit: diligentia ⁊ artificio eā ſtringe. Cūctis
memorie ingeniiqꝫ defectibus occurrit indu/
ſtria: nil patitur perire nil minui: hec eſt q̄ phi
loſophos ⁊ poetas ſenes: virentiſſimo ingenio
ac ſtilo: hec eſt que decrepitos oratores voce ſo
lida validiſqꝫ lateribus ac tenaci memoria ſer
uare poteſt. Unde ſi tibi infida memoria eſt no
li illi fidere: ſepe calculū ſecum pone: quicquid
credideris ſtatim exige hec ille. ¶ Hoc autē in
ter memoriā ⁊ reminiſcentiā inter eſt: ꝙ mēo/
ria diſcrete ⁊ diſtincte reuertitur ad res: com/
ponendo intentiones diſtinctas cū imaginib⁹.
Reminiſcentia vero ſiue Recordatio eſt mot⁹
interceptus ⁊ abſciſſus per obliuionē: ⁊ eſt tem
poris ⁊ loci cū collatione ordinis ⁊ reminiſcibi
liū dependentie. Et quando ex vno ſimili in a/
liud prouehimur vel ex contrario in contrariū
aut ex ꝓprietate in ſubiectū deducimur. Sed

In li. de memoria natura li: ⁊ alibi.

Diffinitio memorie Artificioſe.

Frāciſ. Petrarcha.

Cōparatio memorie ad reminiſcētiā.

Reminiſcendi media.

memoria ex locis ⁊ imaginibus proficiſcit Ar
tificialis vt anima per memoriã mediantibus
ſenſatis rebus in ipas prodire res ſenſibiles ex
tra animã exiſtentes queat: adycíemus itaque
quibus memoria iuuetur ſenſibilibus.

C De Memorandi fundamento ⁊ documẽtis
memoriã ſaluantibus. Cap. Quintũ.

Ex his perſpicuũ eſt Retẽtiuã aĩe vim ar Fũda
tificio roborari poſſe. Et hoc locis ⁊ rerũ memo
memorandarũ imaginatis formis ſiue ſpecie/ mẽo
bus: quas diximus imagines ſiue literarũ ſiue tionis
dictionũ: aut orationũ tã ſimpliciũ qȝ cõplexa
rũ: nũerose vel ſolute effectaꝝ: ſepius atqȝ ſepi
us dũ locis donate ſunt reſumptas atqȝ freqñ
ter meditatas in quo totius negocy omnis pe
ne vis conſiſtit. Hec quippe traditio per pau/
cis imbibitur preceptionibus: atqui longiori
opus habet practica ⁊ exercitatione . Et ob id
velim quiſqȝ primũ ꝑprias experiretur vires:
⁊ ad eã idoneitatẽ qȝ ſeſe huic intentioni desti
naret. Memoria enimuero ⁊ ſi ab arte perficia Tales
tur habet tamen a natura principiũ: q̃ propter plus .
Thales Atheinenſis teſte Laertio hunc recte
felicẽ cenſuit qui ſanus corpore: anima copio/
ſus ⁊ natura docilis eſt. Fruſtra nanqȝ indoci/
lis doceretur. Quandoquidẽ mali poſitus ady
cit artẽ: vt in tritis vulgaribuſqȝ dicitur car/
minibus. Sunt hominũ ſeptẽ genera non arti
bus apta. Sunt mali diſpoſiti primi: tardique
ſecundi. Tertij ſunt vagi: non conſtantesqȝ qr/ Decẽ
ti. Quinti guloſi: ſexti ſunt luxurioſi. Sũt egro mẽti
tantes ſeptimi ſiue dolentes. Ubi cui proinde
eſt memorie cupido: ex tribus eius valorẽ colli

Frãciſ. Petrarcha. gat neceſſum eſt. Utpote bona Anime (cuius
memoria pars eſt) diſpoſitione. bona item cor
poris (qđ viribus ſenſitiuis aĩe ſubſeruit) qua
litate: ⁊ bona deniqꝫ corporis ad aĩam cõnexio
ne. Quibus tria potiſſimũ vt Petrarche eſt au
ctoritas: quam Mectheruꝭ acceptant ſuffraga
tur vacatio manſuetudo ⁊ ſobrietas. Ne exter/
nis occupationibus mens a ſtudio auocet᷑ atqꝫ
diſtrahatur in quolibet etenim ocio litterario
non modo ſcientie cupiditas experitur ⁊ Acu
men ingenij: verum animi opus eſt tranquilli/
tate. Ipſe ſiquidem ſciendi ardor a natura cui
Uacatio neceſſaria libet innaſcitur. Ariſt. 2. metaphi. autore. A/
cumẽ ſi igenij natura negauit: opaciori deſtina
tus amplioribus eget ſtudijs. Erit magis velu
ti Cleobolus phus ꝯſuluit ſapientiã ⁊ ſcienti
Boeti⁹ am diligat. Et ad Boetij conſilium ſedulitate
vincat fugetqꝫ ingenij nebulas: Habeo profe/
cto hinc mihi perſuaſum propterea ſanctarũ
ſcripturarum voluptatem allegoricis inuolu/
tã regminibus vt deſideret᷑ ardentius: ⁊ iocun
Mãſuetudo expetẽda. dius denudetur. Tranquillitas deniqꝫ anime
ad hoc ſane ꝯducit ne per iram vel impatienti
am ſuffocet᷑ concupiſcibilis: Frenandis igitur
anime paſſionibus ante omnia intendendum
eſt: non in omnibus ſiquidem ſtudium eque va
let: quod excedens leticia vel triſticia ſeu ira ⁊
queuis alia paſſio plurimum prepedit aut pe/
Sobrietas vtilꝭ Cleobolus nitus tollit. Unde conuincitur manſuetudinẽ
ſtudioſo ſummopere ſuffragari. Hãc ſummam
exiſtimo ſobrietatem viris litterarum percupi
dis opportunam: vt quatenus Cleobolus recte
ꝯſuluit corp⁹ bñ exerceãt in ſomno ⁊ vigilijs: in

repletiõe ⁊ inanitiõe. ⁊ in ceteris quis phiſici vocãt res nõ naturales a nobis alibi ſepiꝰ repe titas. ¶ De impedimẽtis mẽorie. Ca. vi.

Ebrietatẽ ñ gratis qſq; doctrinãdus ſer uabit qñ qdẽ p continuã ⁊ longã ebrieta tẽ mens anihilat vt barbato placet Hierony/ mo: vbi ait Quoniã ſaturati ſuccedit obliuio tam diu neſcitura quid cupiat q̃diu reuoca/ ret memoriã eſuries. Cõtra aũt Petrarcha in quit Tenuitas victꝰ podagrã pellet ruis e fini bus: dolorem capitis auferet cerebriq; vertigi/ nẽ: vomitũq; ⁊ ructũ ⁊ nauſeã ⁊ ſudorẽ tediũ/ q; ⁊ faſtidiũ turpſius pallorẽ alternũ ac rubo/ rẽ. odorẽ q̃q; ⁊ oris ⁊ corporis tibi atq; alijs im portunũ ſiſter. Preterea pedes inſtabiles: ma/ nus tremulas nutans caput: quodq; eſt opti/ mum animũ ipſius moderabitur frenabitque

Epylogo deniq; recenſenda velim cuiq; ſtu/ dioſo opportuna ſcientie cupiditatẽ Acumen ingenij: valitudinem bonam: victum ⁊ veſtitũ: facultatẽ mediocrẽ: loci opportunitatẽ: tempo ris ocium: animi tranquillitatem: Studij ordi nem modum ⁊ formam ⁊ perſeuerantiam. Et vt addam piam intentionem deuotionem hu/ militatem ⁊ communicationem de quibus ali bi in libello de modo ſtudendi copioſius diſſe/ ruimus vt noſti at quia hec deus natura ⁊ for/ tuna non eque nec omnibus pariter admini/ ſtrant nõ ſingula quiſq; facile aſſequitur: ideo/ q; praros ↄperimꝰ edoctos vndeq̃q; poti ſ mũ qñ pleriq; ſibi a deo naturaq; vel arte colla/ tis abutũt vt illis Petrarcha improperat inq̃es Que deꝰ ⁊ natura vl ars aliqñ ad obſeqũ dedit

Impedimentum memorie. Petrarcha. Studioſo neceſſaria Franc. Petrarcha.

in veſtrū dedecus dānumq̄ꝫ conuertitis. Po/
tū cibūq̄ꝫ ad ebrietatē ꝛ crapulā: ociū ꝛ quietē
ad ſomnolentiā: valitudinē ꝛ robur ad iniuri/
as: ingeniū ad fraudes: ſcientiā ad ſuperbiam
eloquentiā ad diſcrimen: domiciliū ac veſtitū
ad pōpam inanēq̄ꝫ iactantiā: opes ad auariti
am ꝛ luxū. Cūq̄ꝫ itaq̄ꝫ de bonis mala faciendo
demereniur propter abuſum ꝛ habitis priuari
ꝛ ob ingratitudinē non recipere donanda iu/
ſte nobis obtingit. Quid mirū inter modernos
ſi tot rudes hebetes inſulſos ꝛ indoctos conſpi
cias qui nature munera atq̄ꝫ fortune tā varijs
deprauarūt incōmodis? Et vt q̄ ingenio obſunt
atq̄ꝫ in bonas lr̄as affectū in externa deflectūt
ſilentio preterea in p̄ntiarū. Noſti q̄ꝫ grauiter
memoriā moleſtāt ꝛ ſepe corrūpunt nimia re/
pletio ebrietas ꝛ cibus dure digeſtionis cuiuſ/
modi ſunt carnes boū: oua dura ꝛ his ſimilia q̄
vel malos humores generant vel caput noxijs
replent vaporibus. Inſuper longus ſomn⁹: ni/
mia vigilia: exceſſiuus calor: ꝛ intenſum frig⁹
atq̄ꝫ omnia extrema vt paſſiones exceſſiue: coi
tus ꝛ id genus que recenſui alibi plerunque.
Quoꝝ cauſas tibi tuiſq̄ꝫ cōplicibus medicis
relinquo: ſimul cū cata plaſmatibus ꝛ in uncti
onibus que memorie perhibentur cōferre. Ex
quibus attamen non tā iuuari duos conſperi
q̄ꝫ ſincopari mente: non propterea hecce peni/
tus diſſuadens quandoquidē pleriq̄ꝫ medico/
rū expertiſſimi ea nō abhorreant vt apd̄ Mar/
ſilij de triplici vita. Et Joannē Michael: in li
bro de oībus ingenijs augende memorie liodo
conſtat. At in preſentiaꝝ inde calamū reſtrin

Vitāda ſtudioſis

go. Uerū ſi que de modo forma loco z tēpore ac
ſtudij continuitate videbuntur opportuna bis
inferius poſt imaginū tractatū locus dabit̄ ne
arbitreris locorū z imaginū ſuffeciſſe conditio
nes: z non dedicā ipſorū coerigi connexiones:
reliquis que ad memoriā attinent atq; condu
cunt rite obſeruatis.

## De locorū z imaginū neceſſitate/ z vtilitate. Capitulum ſeptimum.

CUm ex proximo capite concedatur mēo/
rie artificiū ex locis z imaginibus debi/ Neceſſi
te ordinatis conſtare: ea eſſe de eſſentia artis p tas loco
ſpicuū eſt: cōſiderantibus q anima per res ſen rū z ima
ſibiles in mēoriā extranearū deducit: vt enim/ ginum.
uero confuſionē ordinis memorandarū quiſq;
deuitet atq; alia id genus incōmoda: quatu/
or potiſſimū exquiruntur. Primo nanq; natu/
ralis potentia ſpecierū imaginatarū ſuſceptiua
exigitur z hanc ſuperius diximus eſſe mēoriā Ex q̈ttu
naturalem. Secundo res ipſa cuius memoriā or officit
cupimus habere neceſſaria eſt. Et hec non qui mēorari
dē corpaliter ſeſe intellectui ingerit aut apud ua.
memoriam recondit: Sed vt Ariſt. li 3. de aia Ariſto.
atteſtatur lapis non eſt in anima ſed ſpēs la/
pidis: per fantaſiam ſcilicet abſtracta: que ſi p
ſimulachrum aliquod noſtra imaginatione ef/
fictum in loco aliquo corporali fuerit repoſita
firmius memorie adherebit: quod preſentis intē
tionis eſt quapropter loca z imagines ad hanc
induſtriam ſumme neceſſaria ac partes eſſen
tiales dicimus. Tertium autem quod exigitur

eſt deſtinata rei cuiuſq; in numero menſura ⁊
debita proportione diſpoſitio: cui quartum ac
Utili- cedit iugis locatorum cum ſedibus ſuis reperi
tas loco tione ne per negligentiam obfuſcentur. ¶ Tullia
rū ⁊ i- na proinde vtentes Metaphora dicimus neceſ
maginū ſaria eē loca ⁊ imagines neceſſarias: vt illa pa
pyri gerant officium he vero ſcripturarum: q̈-
ten⁹ cupiēs alicuius meminiſſe eius imagines
locis in debita diſpoſitione ordine ⁊ collatiōe
Ordo coaptet. Quod anime operationes ordine quo
cogni dam ſeſe alternantes indicat: quandoquidem:
tioni. quod ſenſus percipit imaginatio repreſentat:
cognitio format: ingenium inueſtigat: Ratio
iudicat: memoria ſeruat: intelligentia apphen
dit ⁊ ad contemplationem adducit. Per ima-
gines itaq; locis impreſſas in locatoꝝ deueni-
mus cognitionem: quibus adiuta memoria ri-
Joā. de te exoluit officiū. Quare tūc (Secundū magi-
ſ. Gem. ſtrum Joannem de Sancto Geminiano) me-
moria eſt bene diſpoſita cū eſt larga per capaci
tatem (In quo tamen mihi conſultius videtur
cā ñ multis pariter ſimulq; onuſtandā) longa
per diuturnitatē ⁊ diuerſis fulta adminiculis
Ariſto. per ſtudioſitatē. Cui plurimū teſte philoſopho
conducunt memorandorum (vt prelibauim⁹)
bona ordinatio. Et ad ipſa affectus inclinatio
inſuper ſimilitudinū diſueraꝝ ac mirabiliū ad
aptatio: ⁊ poſtremo meditandi ſedulitas ac fre
quentatio. Et hec eius ſententia conuincit et
In li. ď memorie deſcriptione qua inquit. Memoria ē
memo. poſitio ſub ordine ⁊ frequens meditatio memo-
⁊ remiſ. riā ſaluās in reminiſcēdo: qȝ expertꝰ ſpecies
Cicero. frequent intueri i phantaſia reſeruatas auget

memoriam. Cui alludit Cicero dicens. Memo-
ria artificialis conſtat ex locis ⁊ imaginibus.
Quod nanq; Ariſtoteles dixit poſito ſub ordi-
ne: hoc Tullius ex locis appellat: ⁊ Tullius ait
ſecundo. Ex imaginibus itidem plus: frequẽs
meditatio nũcupauit ne quidem in mẽa di cre-
pent. Eſt quippe meditari ad ſe imagines ⁊ in- Cõparatio mẽorie ad alta.
tellectũ materie cape. ¶ Quamobrẽ Joannes
vbi ſupra comparat memoriam vtero mulieris
quemadmodum nanq; in vtero concipitur fe-
tus carnis: ita ⁊ in memoria: hoc eſt ex ſpecie i
memoria ſeruata concipitur verbum mentis: Obſeruãda diligent
quod eſt quaſi proles eius. Et proinde tibi con-
ſultum habe hoc carmen. Si cupis eſſe memor
bis quattuor accipe claues. Eſto vacans intue-
ns ſobrius atq; benignus / ordo ſit ⁊ numerus
tibi conſtruatur imago. Et quod concipit tua
mens meditare frequenter. Artificioſa nanq;
memoria ſi hiſce adiũcta fuerit (teſte Cicerone Cicero
ad Herennium lib. 3) fieri poteſt vt que acce-
pimus quaſi legentes reddamus: neque mul-
tum intereſt an a vertice an a calce incipia-
mus.

## Tractatus Secundus de locorum natura ⁊ fabricatione.

### ¶ De Agendorum ordine ⁊ locorũ deſcriptione. Capitulum Primum.

Ordo agẽdorũ.

LOca imagines ⁊ ordinẽ in hoc erigi
opificio non tam priſcorũ acceptas
auctoritate q̃ꝫ conuictũ probari quoti-
diana: ꝗrentis memorandorũ ima-
gines ſimul ⁊ alia idola ſiue ideas lo-
cis nr̃a phãtaſia: depictas recta figurarũ diſpo-

ſitiōe firmiť fixe clare ac faciliť recto ꝑpoſtero/
ue ordine cū libuerit reſumptas pronunciem⁹
eorum ſignificata. Atq; illis depoſitum fideli/
ter reddentibus prodigium ac mirum quid ef/
feciſſe cenſeamur: quandoquidem omni timo/
re abacto recenſemus pene infinita collocata
promptiſſime: quod ceteris huius negotij igna
ris ſuperhumanum videatur. Atq; tandē pro
pius ad rem accedamus. In primis omnium lo
corum finitionem/ partitionem/ inuentionem/
numerum qualitatem ⁊ ordinem indagantes.
Poſtmodum manu noſtra imagines abinue/
Multi- nimus/ ⁊ que cetera ſeries expoſtulat. Et quod
plex ac- ad primum attinet locus quidem a philoſopho
ceptio. varie in diuerſis locis conſideratur vtpote q̈/
tenus dicibile eſt de genere quantitatis cum
menſurat locatum ſecundum oēs eius partes:
vel dicibile de genere relationis penes reſpe/
ctum ad locatum: ⁊ ad aliquid ſecundum dici
eſt: vel de genere qualitatis prout generatiōis
eſt principium ſimul ⁊ conſeruationis ſecundū
Diffini/ qualitates actiuas ⁊ paſſiuas que ſunt in loco.
tio loci ¶ Sed hec miſſa faciētes locum accipimus ab
Ariſto. 4. philo. Quod videlicet eſt terminus
corporis continentis immobilis primum. Eſt
nanq; ſecundum bea. Thomam. 2. diſtin. 12. q.
S. Th. 5. art. 1. locus idem per eſſentiam quod ſuperfi
2. diſt. 2 cies corporis locantis. Quod autem diu⁹ Tho
q. 5. ar. 1 mas dicit. Superficies: id a philoſopho termi/
nus nuncupatum erat. Terminus enim conca
ua eſt ſuperficies ſiquidem interior ea eſt corpo
ris continentis ⁊ vltima: vltra illam nempe il/
lius corporis non eſt alia interior: ⁊ proinde dī

locus

locus ⁊ ſm eam vnuʒ corpus ↄtinet alteꝝ. Cor
poris aūt exterior ſupficies cōuexa cuiuſmodi
eſt terre aquā tangētis ⁊ aque extremā aeris.
Extrema āt aeris ignē ↄtingentis: ⁊ id genus
reliquoꝝ: nō eſt locus non equidē penes ipſum
corpus eſt locus qn potius locat: qꝛ nō cōtinet
ſed magis ↄtinetur ab altero. Relinquit hinc
locū eſſe terminū ſiue ſupficiem ↄcauam corpo
ris alterū ↄtinentis: vt ſupficies dolij liquorē
ↄtinentis eſt locus liquoris illius. Et parifor- Locꝰ ar-
miter in hoc nr̄o opificio dicimus locū eſſe ſu- tis quis
perficiem alicuius rei natura vel arte operate ſit.
fabrili ſiue mechanica: aut nr̄a imaginatione
effectā: quatenus in ea ſola imaginaria virtu-
te: ſilitudinē/ſiue idolū/aut ſimulachrum vel
imaginē effingamus que debito ordine memo
randa repreſentet cū erigere libuerit. Quēad
modū nēpe locus eſt corpori locato terminus
extrinſecus: q̄ non ſit in ipſo locato veluti ps
eiꝰ aut accn̄s: ita pariformiter ſpēs reꝝ p fanta
ſiam nr̄am ab ipſis abſtracte lociſq; imagina-
tione dūtaxat mācipate pn̄t obliterari ⁊ dele-
ri: locis ipſis pro alijs poſtea reponēdis pmanē
tibus ad inſtar dolij effuſa aqua: ad vini apri.
Et qua rōne corpus locatū denoīatione ſaltē
extrinſeca in loco aſſerit eſſe: eadem ⁊ ſpēs ipſe
hoc eſt imagines reꝝ memorādaꝝ ī loco eē ↄce
dunt tāquā corpora ſaltē fictitia locū replētia.
¶ De Diuiſione ſiue multiplicitate locorum.
Capitulum ſecundum.

PReter eas diffinitionis partes quas plꝰs
ponit ꝓpter māle videlʒ ſupficies corpo-
ris ↄtinentis: ⁊ ꝓpter formale vtpote īmobile

primū:rectius adiecit:primum:ad dīiam loci cōis. Nā ⁊ cōis aliqs loc⁹ eſt multa qdē ꝯtinēs qbus imediatus nō ſit vt Cōcauū celi ſupmi ſiue vltime ſphere:locus qdem Ignis/eſt aeris/aque ⁊ terre:ſed cōis: qm̄ multa itermediant cuiuſmodi ſūt Celū lune ⁊ reliquaꝝ ſpheraꝝ: veluti eni aqua terrā circūdat ita aer aquaꝫ ⁊ ignis aerem ⁊ ſphera lune ignē:ita quoqꝫ Veneris celū cōplectit̄ lunā: ⁊ Mercurij Venerē Mercurius aūt a Solis circūdat̄ ſphera:⁊ ita deīceps:vt vniuerſi figura demōſtrat.

**Locus cōis.**

Sed ꝓprius locus eſt (quē pricularem aiunt) terminus corporis ꝯtinētis locato imediatus:vt cōcauū ſphere aque terrā ꝯtinētis imediatū terre ꝯtente:q̄ nihil iter ea itermediet.

**Locus ꝓprius.**

Ita ⁊ nos in pñtiaꝝ accipimus locos ꝓprios ſiue particulares:illos qbus imediate rem imaginatam inſcribimus:qles ſūt parietes feneſtre colūne i cameris/eſtuarijs/cenaculis domoꝝ: arte mechanica cōparatū vl̄ arbores plāte petre. Aīalia leo capra ⁊ id genus alia in vallibus fluminibus/mōtib⁹/hortis ⁊ paſcuis capte dū rem viſibilē tractam⁹. Aut ſi inuiſa diſqrimus nāalia loca.ſ.in celo ⁊ Ierarchias ⁊ in his angelicos choros ⁊ i illis beatoꝝ Sedes:vt hic Patriarche:ibi ꝓphete/Apoſtoli/Martyres/Cōfeſſores/Virgines:Innocētes/Vidue/Cōiugati ſituant̄ accipimus.

**Loci priculares viſibiles nobis.**

In qbus imaginamur dīias Ianuaꝝ parietū ⁊ reliquoꝝ q̄ nouimus ad cuiuſliber ſtatū ptinere ⁊ ob id hmōi loca poterūt comētitia ſiue fictitia nūcupari tam ⁊ ſi qdem realia exiſtāt nobis attū inuiſa atqꝫ icognita. Pariformiter de Paradiſo cēſendū

**Loci viſi.**

erit vt inibi quattuor illa ꝯcedamus flumina
quoꝝ ſacra ſcriptura geneſeos ꝑ capite memi/
nit: ⁊ oē Arboꝝ genus pomiferꝝ ⁊ pomoꝝ: ⁊ pi
roꝝ/nucū/caſtaneaꝝ/auelanaꝝ/glādiū: ⁊ q̄ no
bis notiſſima ſūt. Atq; itidē in alijs cāpis de
diuerſis ſegetib⁹ vt hic Siligo creſcat: illic tri/ Geneſis
hoc inſtituto meminiſſe queq; abſq; nãli memoꝛia poſ/
ſe: Qñquidem ars dumtaxat natura miniſtra eius fun/
damenta ſtabilit ⁊ illius deficientiaꝫ ſupplet. Cũ itaq;
frugem aſſequemur huius induſtrie ſi theoꝛica in pꝛa/
xim retracta fuerit atq; ꝑceptiones vſu ⁊ exercitio cõ/

probentur operepreciū eſt vt in cōpoſitis: generalia do/
cumenta addantur ſingularibus que noſſe cupimus vt
de ſimplicibus copioſe iam determinauimus ex qbus
hecce clariora erunt. Omnis quippe oratio ex ſimplici/
cibus cōſtruitur: vnde qui terminoꝝ nouerit imagines
optatius compoſita collocabit. In qua re particulariꝰ
paululū tetigiſſe iuuabit. Omnis autem Oratio aut ſo/
luta eſt ⁊ proſa aut carmen metrum ſiue verſus. Solu/
tam aūt partiuntur in ꝓpoſitiones auctoritatem argu/
mēta hiſtorias ꝯtiones collationes vel ſermones ad po/
pulū: Propoſitio vero oīs vel queſtionis nota ponitur
vel ex premiſſis deducta. Argumētatio oīs ſyllogiſmo
enthimemate inductione vel exēplo perficietur.

## ¶ De memoria orationum ſiue propoſitionum. Capitulum ſextum.

Omnis aūt oratio ꝓpoſitio vel auctoritas qn̄ ſim/
plex eſt: quatenus huc attinet ex ſignificatiuis cō
flatur terminis: quoꝝ vnio vnum aliqđ totum efficit ſi/
gnificatū: qđ eiꝰ nolamus obiectū. Et hoc ipm obiecta/
le. ſ. principium orationis ꝓpoſitionis vel auctoritatis
ſat erit poſuiſſe. Ex ſignato quippe ſignum noſcet: ⁊ rur
ſus ſigno res ſignata mōſtrat: ſicut ⁊ reliqua que ſua re
latione ſeſe mutuo indicant. In oī ꝓinde oratione aut
ſimplici nudaqꝫ ꝓpoſitione que ex nomine ⁊ verbo ſal/
tem ꝯflatur ſi integra ſit (qđ dicunt ex ſubiecto ⁊ ꝑdi/
cato) ponētes ſubiectū ipſum aliqd agere vel pati aut
circa ſe fieri mox illo actu ꝑdicatum ꝯſtituet: taliqꝫ mo
tu pfecte abſoluetur oratio vel ꝓpoſitio: preter determi
nationes que per ſyncathegoremata fit: ſed hec facile oc
current huc relata. Si quippe pro hac oratione ſeu pro/
poſitione: Joannes ſcribit bene: imaginer. Amicū Joā
nem qui ſcribit: ex ꝯſideratione ſcripture, ſue qualitas
actus repreſentabitur. Si quippe ſcripturam conceſſe/

ro bonam neceſſe eſt admittere hāc Joānes ſcribit hn̄.
In extēſis āt ꝓpōnibus opꝫ cetera que ad rem p̄ncipa/
lem ne qua obiectaliter ſunt referre vt in hac ꝓpōne.
Itali dant bona verba: ſed nec factis verba ꝓbāt. Po/
nas Thomā Italum qui abſte perijt ſūmis inſtātijs ar/
tem memoratiuā edoceritꝫ nō erat ſoluendo: vn̄ argue
re poteras: Qui leuiter ſpondet non multū ſoluere cu/
rat: Cui ſi addas ſcire volūt oēs mercedꝫ ſaluere nemo:
facile recogitabis hanc vlem. Itali dant bona verba ſꝫ
nec factis verba ꝓbant: Que ꝓpoſitio ſatis exprimet ſi
Thomā inſidū multa ꝓmittentem ex vacuo marſupio
colloces in loco tuo cū lingua aurea: quā manu coinqui
nata ſed retracta atqꝫ adūca polluat. Poteris pene īfi
nitis id genus modis eandē ꝓpōnem ponere: vt ſi duo
ꝯſtituanť Itali in loco qui chartā in manu teneant in
qua ſcriptū ſit: p q̄ſti ſancta dei euangelia eo ꝓmitto te
darle: ⁊ hāc chartā alteri porrigāt: ſed ille ſit Theutoni
cus ſciens italo iurāti minus credēdū q̄ʒ ſi nudo verbo
ꝓmittant: Ubi hmōi figuras inſpexeris facile recorda/
ris huius ꝓpōnis Itali dant bona ⁊c. Iteꝫ ponas duos
italos qui polliceanť multis pſuaſionibus ex luto aurū
extrahere: ⁊ ponas añ eos inſtrā ſua alchimica: ⁊ vbi ſci
ueris eos icaſſum laborare ⁊ ſola ſpe viuere: videns bo/
niā cū Mercurio ad ignem eoſqꝫ multū circa artē labo
rare: tunc dices itali iſti aureos ꝓmittūt montes ſꝫ erit
ridiculus mus. Quod ſi ex verbis hāc ꝓpōnem colloca
re malueris done Joānē italicū in manu dextera fabas
hn̄tem quaſi largiturus Vergilio quē eas recipientem
leuat percutiat: Eadeꝫ ꝓpoſitio īſcriptione aliiſqꝫ modis
collocari poterit: qui practicādi vſu facillimi erūt. In/
ſcriptio āt poterit in artub⁹ viuaꝝ imaginū fieri: qua/
tenus q̄dam imago in loco ꝯſtituať in cuius dextra ſit
p̄ma īſcriptionis ſedecim vlnis āt ſiue iūctura cubitali

ſcđa/in humero tertia/in capite quarta/in humero ſini
ſtro q̄nta/in cubito leue ſexta/in manu vero ſiniſtra ſe/
ptimā faciemus inſcriptionē. Ut hec ꝓpoſitio itali dāt
bona verba: ſꝫ nec factis verba ꝓbant: imaginabor Joā
nē vel Jacobū italū ſiqs mihi talis ſit notus alioqn al/
terius noīs vtpote Hieronymus Julius Jodocus Ju/
ſtinianus: qui in manu dextra teneat tabulā in qua ſcri
ptū ſit tali: lr̄is realibꝰ in cubito vero: hoc verbū dant:
in humero: bona: in capite habeat pyrretuꝫ vel coronā
in qua ſit ſcriptū: verba: ⁊ ita deinceps. Sono vocis itī
dē fit vt in manu dextra habeat tabulā in qua ſit lini: ⁊
abijciēdo/m/habebis itali: mixtim in lr̄is ⁊ ſyllabis: in
cubito pēdentes multos dentes: dant eqdem ⁊ tant ſiue
tçant ꝑ eodē habebit. Sufficiet nāqꝫ exitū vel ꝑncipiū
aut vtrūqꝫ verbis ſimile exq̄rere vt publicius inqt po/
nēdo īnocētes pro ignoſcētes: ⁊ id experientia ſepe ꝓbat.
Inſup in humero fabas: in capite pēnas ſtrutionis in ſi
niſtro humero çeras multas: in cubito āt illius brachij:
Conchas aliquas: in manu vero pēnas in vētre quoqꝫ
panē: hiſqꝫ totū repoſitū erit: ſed nō ſunt piſces pro lom
bardis. His alijſqꝫ modis itidem diuerſimode locare
poſſumus: mixtum vel ſimpliciter.

De memoria auctoritatū ⁊ arte allegandi. Cap. 7.

Auctoritates quoqꝫ ſiue orōnes ſint breuiſſime ſi
ue lōge: eiſdē ferme modis reponere licet ꝑter al
legationes que ſpeciales ſuas habebūt notas. Pro au/
ctoribus enimuero amicoꝝ noīa accipiemus: dictū ve/
ro iuxta iam traditos modos reponi poterit vt ſi. 4. re/
gū. ij. cap. aliqd ꝑceptū allegare placeat: pono imaginē
que mihi ſignificat q̄ttuor in manu coronāˢ tenere quā
ei ablatura vnitatis imago cruce verbera minatur.
Auctoritatem vero ipſaꝫ penes prelibatos canones re
pono. In qua re plurimum ꝯducet quin potius neceſſa

rium foret oīum librorum ſacre Biblie doctorum ſacre
theologie:voluminum vtriuſq; iuris ac precipuoꝝ au/
thorum in metaphiſica phīa nāli in medicinis: Arti/
bus liberalis ⁊ ſi que alie ſint facultates habere imagi/
nes:pro quibus aliquos viros in his diſciplinis nō vul/
gares pro imaginibus deligere op;. Ut pro biblia noui
fratrē impenſe doctum in ea ⁊ quotiens virum cogito:
biblie recordor:⁊ ob id pro biblia' ipſum mihi imaginē
deſumpſi. Uerum pro partialibus libris vtpote Gene/
ſeos Exodi ⁊ reliquis ſuas imagines ponemus vt in lo/
cando promptiores ſimus. Et itidem in oībus' obſerua
ri velim facultatibus. Ceteru; quoniā quiſq; liber ſuū
habet titulum eo ipſo denotari poterit arte inſcriptio/
nis. Sed in viuis magis oblector vtpote qui magis ex/
citant memoriā:⁊ que ſua exercitatione ampliores ab/
ſumunt ſententias. Libroꝝ autem mihi fabricaui alpha
betum in facultatibus quas recenſuimus. Sed id ſum/
mopere denotandum eſt ꝙ veluti queq; diſciplina ſuo
vtitur ſtylo:ſuo eruditionis modo: Ita quoq; ſuis vtit
deniq; diſtinctionibus vt hic capitulis illic paragra//
phis:canonibus capitulis legibus ⁊ titulis opus ſit ha/
bere imagines idoneas quibus citanda deſignētur. In
ſacra nāq; ſcriptura ſunt libri.2.quorum nonnulli capi
tula dūtaxat hñt cuiuſmodi eſt Geneſis Exodus. Alij
vero in partiales diuiduntur veluti liber Regū: Para
lipomenon ⁊ illi deinceps in capitula: In qbus allega/
mus Geneſis pmo vel.2.vel.3. ⁊ ſubintelligitur caplo.
In alijs vero ſic primi regum pmo.2.3.⁊ ita de reliquis:
Pro geneſis itaq; pmo ponerem gignentē vel mulierē
que multos habebat filios:⁊ p caplo imaginem vnita/
tis:de libris regum ſupra exemplū poſuimus v;.4.Re/
gum.ij. Sunt nonnulle quoq; epiſtolarū opera pauli ⁊
aliorum apoſtoloꝝ vbi allegationes fiunt tali modo pri

me ad Corinthios.3.⁊ q̄ꝛ in talibus ⁊ nomen ep̄le ⁊ no/
men capituli non opus eſt exprimere: igiť ſufficiet po/
nere imaginem quem vnū ſignificat cortinnā in manu
tenentē quam ei imago que tria ſignificat nitatur eri/
pere. Ponerē equidem ego kalmeckerſchen que ſportā
cum ligaminibus teneat manu quam Heribertus ei ex
plodat: Uidebis attū imagines meas librorum: Inſup pro
libris quattuor euangeliorū ſat erit vel quattuor viros
huiuſmodi noium videlicet Mattheus Marcus Joan
nes Lucas ponere vel aīalia quibus denotanť in ſacra
ſcriptura vt: Angelū ſiue iuuenem pro Mattheo: pro
Marco Leonem: pro Luca vitulum: ⁊ pro Joanne aqui
lam: Ceterum pro libro actuum Apoſtolorum accipies p/
prium imaginē. Capitulorum aūt alligationes: numerorum
imaginibus ad librorum idola applicatis locabuntur: In
libris āt p̄hie Ariſtotelis.ſ. metaphiſica phyſica: De ce
lo ⁊ mūdo de generatione ⁊ corruptione: Metheororū:
mineralium: de elemētis: de aīa: de animalibus: de ſen/
ſu ⁊ ſenſato de memoria ⁊ reminiſcentia: de ſomno ⁊ vi/
gilia: de iuuentute ⁊ ſenectute: de reſpiratione ⁊ inſpi/
ratione: de nutrimento ⁊ nutribili: de ſanitate ⁊ egritu
dine: de motu cordis: de morte ⁊ vita ⁊ ſi quos alios
fecit conueniens eſt ſpeciales habere imagines ſimili/
ter in p̄hia ſua morali vtpote Ethica Politica Eco/
nomica ⁊ monaſtica: Siſr p logica ſuas imagines libro/
rū periharmenias p̄dicamentorum: priorum/poſteriorum/topi
corum/⁊ elencorum: Similr pro poetica ſua: Sed id aduertē
dum eſt in aliqbus eorum diuiſiones fieri per capitula
in aliis aut per textuum cōmenta que/ſcribūtur/t/⁊/c/
cum adiectione numeri Op3 igitur notas habere p tex
tu ⁊ cōmenti que ſunt/T/C/ vel littere materiales vt ſi
hāc auctoritatē ex p̄mo poſteriorum.t.c.p̄ noſce velim:
Ois doctrina ⁊ ols diſciplina intellectiua ex p̄exiſtente

ſit cognitione: Imprimis collocabis quo rationes hoc modo vt ponas pſonam qui librum poſterioꝝ vel pſitea tur publice: vel in ea doctrina non triuialiter eruditus ſit: ⁊ is habeat in manu dextra/T/⁊/C/ſed imago vnita tis hmõi e manu eruere conet: vel imaginẽ vnitatis li/ brũ cui titulo poſterioꝝ īſcriptũ in pectore teneat ⁊/T/ manu dextra/C/vero ſiniſtra depingat: ⁊ ille ſunt id/ genus modi: Propoſitionẽ quoq; penes normas ꝓpoſi tionu ꝓores collocabit. In medicinis authores aliquos pcipuos ⁊ egregios medicos quoꝝ nolbus libri ſitula/ ri ſint accipianẽ aut alijs regulis velut hacten⁹ edocui/ mus: hñt queq; modos allegationũ pro qbus ſpecificas fingito imagines iuxta prelibata. In iure aũt vtroq; ſũt libroꝝ tituli materiaꝝ tituli qui ī capitula canones in pontificio/in Ceſareo in leges: ⁊ ille rurſus in. §. i. para graphos patiunẽ ⁊ neceſſariũ: proinde olim cẽſuimus ⁊ libroꝝ ⁊ diſtinctionũ: inſup cãꝝ: ⁊ penitẽtie atq; ꝯſecra tionis in decreto accipe imagines. In decretalibus aũt ſexto ⁊ Clementinis: Titulos capꝭoꝝ ⁊ paragraphorũ. Excogita itaq; ſpeciales imagines q̃ tibi denotẽt libros ⁊ quãlibet eoꝝ ptem vſq; ad gloſas ⁊ verba: vtpote.

Diſtinctio
Cauſa
Queſtio
Penitentia
Conſecratio
Canon
Capitulum
·§·paragraphus·§·vel

gloſſa
Verbum
Libri Juris Canonici
Decretum
Decretales
Sextus
Clementine.

¶ In iure autem ciuili habeto imagines pro illis libris qui ſunt hoc recenſiti.

| | | |
|---|---|---|
| ff. ve. i: digeſtũ vetus | num | Volumen |
| ff. no. i. digeſtum no/ | Infortiatũ | Inſtituta |

Jn qbꝰ allegant tituli leges·§· ⁊ gloſ. ⁊ verba vt expꝛtis
in iure notū eſt pꝛo his tu ſumito imagines. Exēplo ſ[illegible]/
rem vnico rem faciemus clarioꝛē vt ſi pꝛima. q. i. vil[illegible]/
nius/cū ſnīa illius capl̄i locanda foꝛet ſufficiēter po[illegible]t
p notam qua q̄ſtio ſignatur in pectoꝛe imaginis vnius
ſignantis q dextra illā teneat atq3 ſiniſtra mōſtret eſſe
limo fedatā. Alijs q̄q3 modis itidē fieret. Jnſup ſi extra
ſe Sū. trin. ⁊ fide. ca. firmiter. §. imaginari liceret alt. t
ī quo tripes depoſita ſit ſup quā reſideat imago vnit/
tis: hn̄s ī manu §. tali ſigno reali cui firmiter alligauit
fidē choꝛdā quā catt' detrahere conet. Poteris āt tali
oꝛdīe vt cata ſub tripede ſedeat hn̄s fidē ī oꝛe ⁊ kalmec/
kerſche ſup tripedē reſpiciēs cattā comedē fidē tali mō.



Ad inſtar huius tu imaginaberis pene infinita exempla que practice relinquo. Si noueris diſtinctiones libroꝝ ⁊ materiam in illis pertractatam facilis res erit alioquin laborioſo habitum vſu ⁊ exercitio conquires. Colligas itaq; ſummaria codicuȝ in diuerſis facultatibus quemadmodum in noſtra polyphiria graphotheſis fecimus: que vbi ad manum cuȝ ſuis imaginibus habueris nil leuius eſſe poterit.

## De concluſionum ⁊ queſtionum memoratione. Capitulum octauum.

Ceterum de concluſionibus non alia eſt ſolicitudo habenda q̃ȝ in ꝓpoſitionum locatione. Neq; iterũ queſtionum cuȝ omnis ꝓpoſitio ſit dubitabilis queſtio. Sed nota queſtionis dumtaxat per eius imagineȝ adijcienda eſt que ſunt: vtrum ſi eſt an eſt: Quid eſt: de quo quare a quo gratia cuius: Quantum quale quãdo vbi: quomodo ⁊ cum quo: quibus de qualibet re mundi poſſimus percunctari: nec vlla eſt propoſitio que ſi in dubium vertatur ſub his notis non comprehendat. Siq; igitur naturas earum noueris: facile factu earum imagines fabricare pro quo nota hanc formam.

| | | |
|---|---|---|
| Queſtio | De q̃ditate rei | cãm materialis |
| Eſſentialis | quid eſt | de quo formalis |
| Accidentalis | Complexi | quare efficiens |
| Eſſentialis | De inherentia | a quo finalis gra |
| Incomplexi | ſubiecti ad pre | tia cuius |
| Complexi | dicatum .i. quia | Accidentalis |
| Incomplexi | eſt propterquã | Quantum |
| vtrũ | cauſam predi/ | Quale |
| de eẽ rei Si ẽ | catum in ſit | Quando |
| an ẽ | Propter quam | Ubi: de locali// |

| | | |
|---|---|---|
| rate | tum | eternum |
| Qūo de modo | diſcretū: quot/ | euiternum |
| rerum | tum | temporaneū |
| Cum quo de in | Quale | Temporale |
| ſtrumentis | proprium | preterita |
| Quantum | appropriatum | preſentia |
| continuū: quā/ | Quando | futura |

¶ De memoria ſyllogiſmoꝝ ⁊ aliaꝝ ſpecieruꝫ Argumentationis. Capitulum nonū

*Argu/mentationem memora/tiuam*

QUantum ad incorporanda argumēta at/tinet hec cum ſint orōnes ꝓpoſitionesue mental/ ad inſtar taliū per regulas ſuperiores colloca/būtur: niſi ꝙ cum oīs argumentatio ſit ꝓpoſi/tionū vnius ab altera illatio/que' fit vel ſyllo/giſmo/inductione/enthimemate/vel exemplo conducibile ſit habere imagines notarum illa/tionis que ſunt/igitur/ergo/ob/hoc/ ⁊ hmōi. Et cauſales in cōditionalibus vt ſi ſortes cur/rit mouet: reliquum aūt ponet modo ꝓpoſitio/num. Juriſtis aut cōſuetudo eſt vel rōne argu/mentari vel textus inductione: Rationis qui/dem ſubſtantia ꝓcipuis eius verbis collocabi/tur. Et canones ac leges ꝑ ipſos allegatas po/ne ex regula quam ſupra cap. 7. huius quarti trac. ſtatuimus: vbi vero textum arguentes in/duxerint per partes ſubſtantiales ponito: mo/dis hyſtoriaꝝ ſermonum collationum de qui/bus infra cap. 10. ſi longe fuerint: alioquin ſi breues ad inſtar pbᵒꝛum. At vbi bona fuerit conſequentia Argutus pħs eam facile ꝯceder dūmodo ꝓncipale ꝯſtitutum extiterit: qn̄qui/dem hoc nec facile factu putatur imagines cō/ponantur: que totam mām euacuent opꝫ: vt ſi

per inductionem ꝓbare velim hanc ↄcluſionem: oīs ho-
mo ſcribit imaginabor Petrū Joānem ac Socratē in
loco ſcribentes: ⁊ mox admiratione ↄcedam oīs homo
ſcribit: q̄ vbi ea non primus inferretur natura ipſa: in
proximo loco fuerit per ſe collocanda vel per ſimilitudi
nē vel inſcriptionē fictionē aut comparationē ſeu quo
liber aliter iuxta ꝑlibata: Syllogiſmum autem ex ſolo
medio (in quo tota eius virtus eſt) memorare poſſu-
mus. Is enimuero formalis eſt ↄſequētia que logico no
tiſſima ex medio: quare pro hoc ſyllogiſmo: oīs latro eſt
vltimo ſupplicio plectendus: Socrates eſt latro: igitur
Socrates ē vltimo ſupplicio plectēdus ſufficiet poſuiſ-
ſe latronē quēpiam cui caput amputetur ⁊ is Socratē
manu indicet: Item omnis medicus curat: Hierony-
mus eſt medicus: igif Hieronymus curat. Sat erit Hie
ronymum circa infirmum ſolicitantem ponere: niſi for
ſan plus circa loculos q̄ȝ morbos. Cpȝ quippe illationis
cā ignorare alioqn manis fuerit hec doctrina. Agnita
aūt cauſa effectum ignorare nō poſſumus. Ob id elabo-
randum eſt quatenus mediū: qꝺ eſt ↄcluſionis cauſa vel
cōplexa vel incōplexa mēte teneamus. Accipito ob id
ꝓpoſitionis obiectum cum queſtionis nota ⁊ qꝺ rn̄den-
dum foret ⁊ quo reſponſum ꝓbaturus eſſes ſit tibi cōpe
tens medium ad inferendā ↄcluſionem. Ut ꝓbaturus
aliquem habere pedes hoc eſt iſtā ↄcluſionem Joannes
habet pedes: ſume hanc qōnē: Quis hȝ pedes: que que-
ſtio exigit hoc rn̄ſum: Qui currit: ſiue currens: ſit itaqȝ
currens medium inferende cōcluſionis: hoc modo oīs
currens habet pedes Joānes currit: ergo Joannes ha-
bet pedes. Pro toto aūt illo argumēto ſufficiet poſuiſſe
aliquē cuius pedes plurimū admiramur: cuȝ curſus ac
ſaltus pedibus attribuaf ſm ꝑdeterminata: Uerū cum
maior ꝓpoſitio ſit virtualiter totus ſyllogiſmus: ſat erit

ipſam poſuiſſet ⁊ reliquum argumēti facillime ↄcedet/ Quo ubi difficultatem patiaſ minoré extremitaté ſubiū gere oportebit: vt ſi in pfato ſyllogiſmo ponatur p ima ginea. Oīs currens hʒ pedes: ⁊ addatur Joānes: ri ⁊ iaū non pōt non intelligi: ſumpta ea nāqʒ ſub maiore habē/ tur oēs termini ex quus ſyllogiſmus cōflatur. Quī aut rūdentis eſt affirmanda cōcedere vera: falſa negare: am bigua ⁊ multiplicia diſtinguere. Et oē qd in argumēto cōcedendum negandum diſtinguēdū ve eſtaut eſt An tecedens vel ↄñia in entimemate inductione ⁊ exem/ plo: Aut maior vel minor in ſyllogiſmo. Poterimus itaqʒ argumenta opponentium artubus alligare nota ſolemni: vt mox locis applicata ordine reddamus. In ſyllogiſmo enim maiorem in dextra arguentis p inſcri/ ptione, notationē ſimilitudiné aut quolibet aliter col/ loantes: Minorem vero in pectore: Et ſiniſtre ↄcluſionē accōmodabimus. Non tñ incōueniret imagineʒ tenere maioris vel minoris. Et ei ꝓpoſiti argumenti mox ſen/ tentiam pſtare prout neganda concedenda diſtinguen/ daue foret ⁊ pro bis locandis faciliter ⁊ prompte potiſ/ ſimum in concertationibus plurimum conducet babe/ re preparatas imagines vt concedo.

| | | |
|---|---|---|
| nego | Antecedens | maior |
| diſtinguo | Cōſequentia | minor |

Sed caue ne Catam concedas ⁊ negas murē corrodere caſeum: Aut negas Leonem ⁊ vrſum concedas. Ceterū vt facilius formalem ↄſequentiaʒ notare valeas ex ſolo medio aut maiore propoſitione: ⁊ minore extremitate locatā: ppulchrū eſt modorum imagines babere: in qui bus vel argumentum totum reponas vel ipſam modi imaginem argumento iungas.

| | | |
|---|---|---|
| Barbara | Celarent | Dary |

| | | |
|---|---|---|
| ferio | friſeſmorum | darapti |
| parabypton | Ceſare | felapton |
| Celantes | cameſtres | diſſamis |
| dabitis | feſtino | datiſi |
| ſapeſmo | baroco | bocardo |
| | | feriſon |

Pro his habeas decem ⁊ nouem hoīes tibi notos quoruꝫ cuiuſlibet manus dextra ſit pro maiore ꝓpoſitione: pectus aūt pro minore: ⁊ manus ſiniſtra pro ↄcluſione. Diſputaturus igiť colloces in locis: ⁊ obiecta argumenta ſꝫm exigentiam in eis repone penes inſcriptionem aut alios modos pretactos. Id tn̄ ſūmopere nota ꝙ ſi longū aliqđ argumēti fuerit (cuiuſmodi faciūt nōnulli Omeliā texentes) ⁊ illud plura neceſſario occupauerit loca: ſumendus eſt ſubſequentis index aliqs: vtpote ꝑncipiū eius aliqua ſolēniore nota ſigneť veluti qꝫ imago ei⁹ in altiori reſideat ſede: ⁊ itidem in omnibus obſerua.

## ¶ De memoria lectionum collationum ↄtionuꝫ ſermonum ⁊ hyſtoriaꝝ. Capitulum decimum.

DE lectionibus collationibus ↄtionibus ⁊ ſermonibus popularibus ad plebem ⁊ vulgus eadem ratio eſt. Si ex libro hmōi ſtudeamus vt videlicet terqꝫ quaterqꝫ tranſcurrendo in minutiſſimas ſententiaruꝫ portiunculas reſoluamus eaſqꝫ penes moduꝫ ſupratactum de propoſitionibus deponamus. Quicqđ enim vero eloquuturi ſumus in partes principales ſeu concluſiones: quarum vnam ab alia dependere videamus diuidendum eſt: ⁊ eas ſigillatim ꝓprijs imaginibus depingere. Nec quidem ſingula verba ponamus niſi forſan egregias aliquas ſententias verbatim ob auctoritatis vim deſumere libeat: quod vtiqꝫ colligantia/cathena/arte dictionandi/cōmode fiet. Inſuper vt quibuſdā imaginibus ad loca repoſitis vel ſingulas ſyllabas vel

dictiones

dictiones arte inſcriptionis imprimamus ad ſingula
memoria dextra ad ſiniſtram procedentes: Exẽpla ex ſu
perioribus reſume. In his rebus partitio cõmodiſſima
eſt iuxta id inſtitu. de lega § Sed no. vſq; 7. ff. de exce.
doli. li. i. Diuiſio eſt vtiliſſimã partitio aĩum legentis in
citat/mentem intelligẽtis preparat/memoriam artifi/
cioſe reformat. Unde qs ait. Ut pleriq; volunt tribus
diuiſio valet. Legentis aĩum citat mentem quoq; pro/
bat. Dat plenius capere: dat plenius atq; videre. Fir/
mius ac gerere dat tibi diuidere. Materia itaq; longa
vt iterato reperam primitus partienda eſt: deinde ſin/
gulas ſñias per ſuas imagines locis mancipare: vñ ſi ſe/
pius depoſitũ exigat: reddere ptinus ꝯſueſcẽt. Ex qbus
ꝑſpicuum eſt quõ hyſtorias locare oporteat vt vz in ꝑti
culas ꝯſciſſe ſigillatim ſingula collocent: ita tum vt añ
oĩa tẽpus rei geſte annoꝝ videlʒ incarnati dñi ponatur
qđ etiam ab imperatore aut ſummo pontifice ſũmi pote/
rit: deĩde loci in quo res facta eſt imagines vel ꝑ ĩſignia
aut alios modos ſupius recitatos accipiem⁹: poſtremo
vo ꝑſonas que rem ꝑpetrarũt ꝓpria imagine vel aliter
ponemus rliqua vt ꝓpones. Quõ aũt dilatare mãm cõ/
firmare ampliare/diuidere/oporteat alibi docuimus.

¶ De memoratione verſuum ſiue carminum.

Capitulum vndecimum.

CArmina autẽ metra ſiue verſus id peculiare hñt
quod hoc verſu exprimit. Metra iuuant aĩos cõ/
prehendunt plurima paucis: priſtina cõmemorant que
ſunt tria grata legẽti. Hic ſi exercitatus arte velit bre/
uitati ſtudere poterit verſus ꝑ eoꝝ capita locare: maxi/
me vbi cõcinna dictionũ cõglutinatio ſeſe mutuo ĩfert.
Alioquin per ſingulas ꝑmas lrãs ſingulaꝝ dictionũ: vt
hoc carmen. Carmina que quondam ſtudio florenti
peregi: tali modo/C/Q/Q/S/F/P/ in corpore Ver

nardi vel Boetij inſcribēdo: vel per ſyllabaꝝ aut dictionum inſcriptionē. Sunt etenim nōnunq̃ pncipales dictiones verſus ſelegende: q̈tenus his terq̃ quaterq̃ cū carmine repertis eaꝝ imagines fingamus locis manci pandas: in quo ars nāe ſuffragabit̃. Poterit quoq̃ pfatus verſus ex ſimilitudine collocari vt ſenē poetā imaginemur carmina ſua in charta floribus exornata monſtrans: In his ſimilibus freq̄uentatio lectionis ⁊ ſedula imaginatio ⁊ incorporatio iuuat. Id tñ non ptereundū eſt qm̃ nō ſolū p exēpla ponunt̃ verſus ⁊ metra: ſed ēt per ſignificationes terminoꝝ: quatenus vi ... vocabulorum abſq̃ intellectu tñ collocentur. Recenti... poſtremo ſententiarum imagines excogitando ſiue pprias ſiue q̈ſlibet alias eam repñſentātes: ita ne opus ſit ſingula verba reponere vt ex Tullio ſepe reperimus. Sed ſnīa ex verſu excogitata per imagines adinſtar ppoſitionū vt ſupra cap. 6. huius q̈rti trac. ſtatutum eſt.

¶ De prompta incorporatione auditorum.
Capitulum duodecimum.

QUe ex libris deſumim⁹ crebra repetitione memorie imprimunt̃: ſed cōtionatoris declamatoris vel orantis verba ex tempore mox reponere exercitatiſſimi eſt: atq̃ alias bonum habentis ingenium firmatum arte / opus ſiquidem eſt labore ⁊ diligentia atq̃ ſumma inter audiendū aduertētia. Sed nihilominus viua vox plus afficit: ⁊ in aīo altius reſident que pnūciatio: vultus / habitus / ⁊ geſtus dicentis affigit q̈ȝ lecta in libris: Si maxime egregius quipiam modo diligētia ⁊ rōne optima in efferendo fungat̃. Exordiando debite quatenus incitet aīum audientis: benignum reddat: ⁊ faciat crudi... dirum: cauſaꝝ aſſignatione ⁊ dicendoꝝ ſummatione p debitū numeꝝ. Ita quoq̃ ꝙ diſtincte narret lucide clare ordinate ⁊ breuiter ceteriſq̃ rethorice ſpēbus obſer/

uariis: quibus ⁊ recte diſponitur ⁊ debite pronunciatur
o[ra]tio: Cūqꝫ eloquutor tēperat vires pro audientium
m[od]o: vt officium eius exquirit: Si diligens fueris au/
ſcultator ⁊ ſatis attētus ⁊ verba cuꝫ imaginibus confe
ras ac ſerioſe ⁊ fortiter imprimas optime audita com/
memorabis. Quod ubi vel ex auditoris negligētia ⁊ ꝓ/
nunciātis defectu aliqd boꝝ defuerit vix quicq̄ꝫ inde re
portabit auditor: Quo itaqꝫ modo ꝓnunciet auditor
mox ꝯſiderabit: ⁊ ſi dependentiā faciat ſermonis notet di
ligēter: pro ſinguliſqꝫ pūctis principalibus imagines cō/
ponat: qbus ea breuitate qua alter edicit loca ſua ꝑha/
bita replebit. Et ſi quas ſolēnes ⁊ notatu dignas reci/
tet auctoritates: pro his quoq; imagines ſtatuat. Tali/
terqꝫ maximā inordinatiſſimi et ſermonis partē capiet.

## De memoria rerum prophanarum.

## Capitulum decimumtertium.

POterant hec profecto quibuſuis etiaꝫ ſtudioſis ſat
eſſe: atqui ne amico parcior ſim q̄ꝫ oporteat: de re
bus prophanis que te minime cōcernunt Joānes dul/
ciſſime exempla ſubijcienda cēſuimus vnde coniectes
q̄ꝫ facile ſit extranearuꝫ rerū nobis cōparare memoriā:
Cuiuſmodi ſunt ex numeris maxime dependentia. Sic
quippe mercimonia/debita/taxilloꝝ iactus/chartarū
ludos/ſcacorum tractus ⁊ item aliorū id genus pleraqꝫ
alijs mirantibus plus mente tenere poterit. Cui rei nu/
merorum imagines in promptu habere ſummopere cō
ducet ex cap. 10. trac. tertij Ex illarūqꝫ varia cōmixtio
ne rem ipſam deſignare: Proinde meminiſſe opꝫ ipſas
nouem perſonas cōſtituere varios numeros ſm variaꝫ
imaginum articularis numeri cum ipſis copulationeꝫ.
Kalnuckeriche ſiquidem vnum ducatum mihi repreſen
tat ſe ſola: q̄ ſi ei crucem ſimplicem quolibet donauero
vndecim denotabit: ſi duplicem viginti vnum: ſi crucē

in tripode triginta vnum: ⁊ ita deinceps vt ſupra edo/
cuimus. Ita quoqꝫ crux pro decem ponitur: verū penes
perſonarum adiunctionem variatur numerus. Cum
kalmickerſche etenim vndecim/cum Joā. blecken duo/
decim: ⁊ cuꝫ heriberto tredecim: ⁊ ita deinceps reliquo
rum. Ita quoqꝫ crux duplex viginti/⁊.21.⁊.22.⁊.23.⁊
ita reliquorum cōponet cum adiunctis pſonis: Quem
modum ſi in vſu habueris facile memoria cōmendabis
quecūqꝫ numeris integrant. Que res ſūme neceſſaria
eſt doctis pariter ⁊ idoctis: vt is pene nihil ſciat qui nu
merare neſciat vt boetij auctoritas eſt: quāobrem te ple
nius edocētes: ꝑpaucula adiecimꝰ hic exēpla nr̄is ima/
ginibus penes quē modum ꝑprijs tu rem abſolues.

### ·§ i. De mercimonijs.

Id quoqꝫ mercatoribus ſumme neceſſarium eſt vt ha/
beant loca ſibi q̄ꝫplurima in prōpru atqꝫ imagines ma
xime numeroꝝ: abſqꝫ ſiquidem arithmetica nihil efficiēt.
Si quis igit̄ mente tenere velit ex ordine merciū ſuarū
pondus ⁊ menſuram locis ſua ſerie collocet. Et qꝛ res
inalate per ſe non ſatis commouent ob id eis viuas iun
gemus imagines vt ſupra docuimus que aliquid circa
eas operentur. Siquidem proinde quiſpiam Venetijs
comparauerit bombicem/Setam/piper/çinçiber mar
garitas aut que horum ſimilia. Coloniam deſtinanda:
⁊ velit pondus hmōi rerum memoriter retinere: cuiqꝫ
ſuum numerum adaptet vtpote trecentas libras bom/
bicis in pmo loco ponendo heribertum qui ſignum cen
tenarij triplicatum teneat videlicet cornu vel baculuꝫ
cum duobus annulis: ⁊ in illa teneat librā ſiue ſtateraꝫ
in qua pendeat pars aliqua bombicis. Itideꝫ aliter vt
ſaccum plenum bōbice in pmo loco fingas ſuper quem
heribertus ſedens cornu ſiue bacculum cū duobus an/
nulis in ſiniſtra teneat ⁊ ſtaterā in dextra. Id ſiquideꝫ

obſeruari volumus in hmōi numeroꝝ locationibus: ꝙ
ſi numerus centenarij ſiue millenarij in pncipio loci ſi/
ue in dextra imaginum numerí digitalis ponatur ſeip/
ſum repreſentet cum adiuncto digitalis vtpote ſi beri/
bertus Cornu in dextra teneat ſignabit centum ⁊ tria.
Si vero in ſiniſtra trecenta. Quod in oībus obſeruari
opꝫ diſcretionis cauſa. In ſecūdo itaqꝫ loco ponas. Se/
te quātitatem vt ſi centum ⁊ mille vlnas habeas panni
Serici imaginaberis in ſecundo loco virum a quo emi
ſti ſiue aliquē aliū tibi notū qui circa hmōi pannos ne/
gotiaṫ ⁊ ꝙ is vlna ſua menſurat pannum illum: habeat
aut in capite caudam pauonis ⁊ ex collo pēdens cornu
argenteum ad dextram partem: In tertio deinde loco
piper in magno ſacco aperto tn̄ imaginaberis. Et ſi cē/
tuꝫ quinquaginta quattuor libraꝝ ſit collocabis Mar/
garetā beymans in dextra arcum ⁊ cornu geſtientem.
In ſiniſtra aūt ſtateram qua ex ſacco extrahat piper li/
brandum. Ita pariformiter de zinzibere ⁊ in vgaritis
faciendū eſt. Et quibuſcunqꝫ alijs rebus in...atis. Si
aūt oues ⁊ boues vel equos aliqs tranſmitteret numeꝝ
vni eorum dumtaxat iungat: vt ſi mille oues/in p̄ loco
ponat vnā ouē que comederit pauonē vſqꝫ ad caudam
quā adhuc in ore tenet. In ſcdo bouez in ore cornu cur/
ſoris tenentē ⁊ centū repſentabit. In tertio qnquagin/
taqnqꝫ equos pones. ſi margarita de puteo īſideat vni
equo Arcū in dextra tenēs quo equū pcutiat. Ex his ſi
milia tu cōiectabis imagines tn̄ numeroꝝ meoꝝ poſui
vt adinſtar illaꝝ alias excogitatas in prōpru habeas.

§.2. De debitis ⁊ obligationibus.

In omnibus debitis obligationibus ⁊ contractibus vt
in pluribus dies menſis annus ⁊ locus vbi huiuſmodi
pacta ⁊ contractus fiunt notari ſolent: ea propter opus
eſt mente tenere menſium ⁊ dierum notas quas ſupra

cap.17.trac.3.enumerauimus vt.

| | | |
|---|---|---|
| Dominica | Auro | |
| Lune | Argento | |
| Martis | Ferro | |
| Mercurij | Argento viuo | dies hebdomade |
| Jouis | Stanno | |
| Veneris | Ere | |
| Saturni | Plumbo | |

Et menſium interſignia caplo.18.trac.3.recenſita.

| | | |
|---|---|---|
| 1 Januarius | bifrons | 7 Julius:meſſor |
| 2 Februarius | febrilis | 8 Auguſtus: agreſti collector |
| 3 Martius | bellator | 9 September:torculator |
| 4 Aprilis | clauiger | 10 October:neſpulas habens |
| 5 Maius | floriger | 11 Nouember:oleaſtrum |
| 6 Junius | herbarius | 12 December:mactator |

Annos autem dñi ſufficit numerorum imaginibus deſignare. Et ſubſtantia negotij iuxta applicationes artis ad ſinas ſupra capitulos.5.trac.qrti. Sit itaq; is caſus (vt iuriſte inquīt) in terminis. Petrus de Aqſgrano cōparauit Venetijs anno dñi.1520. die vero Mercurij 12.mēſis Junij.decē libras piperis:pro qlibet libra ꝓmiſit dare dño Antonio de Anchona vnū ducatum et medium:anno.1521.die Jouis vigeſima Aprilis. Et pro viginti q̃nq; libris croci eodē die emptis ꝓmiſit dare pro qlibet libra tres ducatos:die Saturni ſiue ſabbato decimanona Maij. Poſuas Margaretā de puteo in dextra caudam pauonis hñtem et in ſiniſtra bacculum cū duobus annulis:ſiue cornu: quo pcutiat duplicem crucem iuxta ſe poſitam:que viginti ſignat et annus erit repoſitus: Ante hmōi itaq; imagines in eodē loco (iuxta normā quā ſupra cap.2.trac.3.circa fines tradidimus) pone:ita qdē vt herbarius de manu Joā. blecken crucem rapiat:et ille iratus eum argento viuo perfunderet:et hoc

ipſo dies menſis poſitus erit. Deinde imagineris illuc menſam ordinatam in qua ſaccus piperis collocet̄ ⁊ in ipſo crux in qua pendeat ſtatera. Petrus ãt apprehendens crucē ipſam oſtendat Antonio alicui anchori in manu hñti ducatū vnū in illa mēſa iacentē/ ⁊ diuidat alterū gladio. Et mox ſubiungent̄ imagines anni.1521. ⁊ diei Iouis viceſimi Aprilis iuxta idem exemplificata. Et imagines croci ſimili mō reponi poterunt ſat nãq3 mihi erit modum monſtraſſe his pauculis

§.3. De iactibus taxillorum.

Cum autem te libuerit receſere omnium iactuum numeros quos taxillis vel teſſeribus ludētes pijciunt: locos ad manum habeto preparatos ⁊ in ſingulis ſingularum proiectionum imagines repone. Verbi gratia proijciēs duobus taxillis nil poterit proijcere quin ſit.1.1/1.2/1.3/1.4/1.5/1.6/vel. ⁊ ita deinceps Si itaq3 proijciat in primo iactu.1.1.pro illo iactu pone kalmickerſche in primo loco taxillum in manu habentem. Si ſecunda vice proijciat.1.2.in ſecundo loco pone kalmickerſche cum Ioā.blecken colloquentem: ⁊ ita pariformiter pro quolibet iactu ī quolibet loco pone ſuas imagines. Et ſi centum iactus fecerit centū oporteb it loca habere: niſi in vno loco plures imagines collocare velis iuxta artem quam ſupra cap.1.trac.3.dedimus: vel in artubus vni9 imaginis plurium iactuum numeros collocare malueris: qđ artū minime cõſultū habeo: in hoc ſiqđē nō forent ꝓportionate imagines vt ſpeculāti pʒ. Si ãt totā ſummā hmōi iactuū ſiue punctorū ꝓiectorū meminiſſe velis nāli memoria ſupputabis: vtpote proijciat ſemel ⁊ ſunt vnus pūctus in vno taxillo ⁊ duo in altero facile ſūmas numerabis: p quo nūero ſufficeret ſolū heribertū poſuiſſe: itidē ð reliqs. Si qđē cū trib9 taxillis aut q̈ttuor ꝓiecerit ꝑ cūctis ſingulis ſuā imaginē ponito: vtpote ſint

in primo tria/in ſecūdo quinqꝫ/in tertio ſex ꝛ/in quar
to vnum/pro is ponantur heribertus margaret de pu/
teo:ireꝫ Seſſinchuſen ꝛ Kalmickerſchein vno loco. Et
autem totam ſummam illius iactus retineas ſumma/
tim computabis ꝛ reſultabunt quindecim: pro quibus
pone margaretam de puteo crucem manu apphenden/
tem. Ex his ſimilia coniectabis.

§. 4. de ludo chartarum.

Pro chartiludij memoria notandum precipue eſt quat
tuor communiter eſſe ſpecies picturaruꝫ vtpote in vna
roſe/in altera nole/in tertia ſcuta/ꝛ in quarta glādes
habeantur. Et cuiuſlibet huiuſmodi ſpecierum diuerſe
ſunt figure videlicet Rex Regina: Eques pedes: ꝛ reli/
que per numerum partite/vtpote decem roſe/deceꝫ no
le/decem ſcuta: ꝛ decem glādes/per ſingulas ſpecies ad
binarium deſcendendo. Pro ipſis autem imaginibus
oportebit quattuor homines accipere vt virum diade/
mate coronatum. Pro regina feminam corona ornataꝫ
pro equite equeſtrem quempiam notum/ꝛ pariformi/
ter pro pedeſtre: qui eum ſignificet. Numeroꝝ aut ima
gines/reliqne ſignificabunt vtpote crux deceꝫ roſas no
las ſcuta vel glandes iuxta appoſitioneꝫ. Similiter no
uem roſe ſignificabuntur: ſi an[illegible]aꝫ Eckynhagen ponas
in manu roſam tenere: ſi vero nolam: nouem erunt po/
ſite nole. Ludentibus igitur aliquibus poteris facile
imaginibus ſingulos eorum iactus ponere vt in § 3. do
cuimus. Sic quoqꝫ ſi quiſpiaꝫ omnes chartas ꝛ tibi or
dinem earum recenſendum obtulerit: ſingularum ſin/
gulas in ſingulis locis ea ſerie qua accepiſti vel nomi/
nata ſunt repones: quod facillimum erit vbi prediſpo/
ſita loca habueris ꝛ imagines pre conceptas: non enim
ꝛ loca ꝛ imagines ꝛ memoratio rei ſimul efficienda ve/
niunt: vt periculo comprobauimus. Circa vnum ſiqui

dem mens intenta ab altero remittitur. Hec generali/
ter dicta ad omnia chartarum genera alijs figuris inſi/
gnita ꝓportionabiliter applicanda ſunt veluti vidi ali
quas exterorum chartas denarijs enſibus bacculis ⁊ cu
pis depictas Nā ſi ſeptē enſes primo proijciantur mox
Antonius decan. enſem manu geſtiens locandus foret.
Si vͦo deinde tres denarii ponas heriberti denarium in
manu hñtē: ⁊ itidē de reliqs. In quoqꝫ in hac arte ob/
ſeruandū eſt ꝙ ſi plures ſimul ludant videlicet tres aut
quattuor vt penes hoc in tres vel quattuor partes loca
diſtinguantur: ⁊ inter hm̃oi partes tot loca relinquere
vacua quot quiſqꝫ ludentium habet chartas: que poſt/
modum iactuum imaginibus impleas.

§.5. de ludo ſcacorum.

In quouis ludo ſūt Rex Regina duo viri ꝯſolares duo
equites aurati duo/ Interroges theſaurarius medicus
caupo Thcolonarius ſcriptor faber ⁊ colonus. Et hi q
dem omnes duplicantur vt alij nigri ſint alij vero albi:
Pro ipſis itaqꝫ ſedecim perſonas tibi notiſſimas deli/
gito albis veſtitis vel re ipſa aut ꝯceſſione imaginatio/
nis vel ſaltim aliquo ſigno albo diſcretas. Alie vero ni/
gre ab ipſis pariformiter diſcernantur: ⁊ haſce in dupli
cibus colloca locis cum inſignibus quibuſdam opera/
tionibus vt in promptu ſint cum oportet. Et cum ludū
recenſere velis pro ſingulo tractu imaginem eius in ſuo
loco ſeponas: vt ſi vir conſolaris albus nigrum collat
horum imagines fingito vt albus nigrum humeris in
ſuo teneat loco ita deinceps. Nec magni facio in preſen
tiarum quo nomine huiuſmodi inſtrumenta vocentur
vt quidam appellant Regem reginam Rochos equites
delphinos ſiue preſbyteros ⁊ pediſſequas. Tot enimue/
ro ſufficiet habere perſonas notas quot ſunt ſcaci vide
licet ſedecim pro albis ⁊ pro nigris ſedecim. Et pro ſin

gulo tractu ſuum pro libitu pone imaginem.

·§.6. de facierum numeris in chartis imprimēdis.

Difficillimū in arte īpreſſoria videt̄ mēte tenere corriſ-
dētiā numerorum: vt exēplo loq̄r ſi foliū ſimplex cōplicet̄
q̄libet pagina in duas colūnas prita numerus earum erit
vt expāſo folio in p̄ma facie ordinent̄ hoc modo. 7 8 1 2.
⁊ in alio latere 3 4 5 . Cum aūt in q̄ttuor abſq3 colum-
nis plicet̄ nūerus earum erit ī p̄ latere 5 4 8 1 tali mō  5 4
In alio autem latere. 3. 6. 2. 7.  ſ 6  8 1
hoc modo  2 7
Si vero foliū in 4. plicet̄ ⁊ diſtinguat̄ per colūnas erūt.
16. colūne expāſoq3 folio earum numerus erit talis in pri-
mo latere. 2 1. 16. 15. 7. 8 9. 10. tali modo.
2 1 91 51 In alio autem latere. 6. 5.  9 5 21 11
7 8 9 10 12. 11. 34. 13. 14. tali modo  3 4 13 14
Si autem foliū plicetur in. 8. erunt. 16. facies abſq3 co-
lumnis: expenſo folio in primo latere numeri latere. 9.
8. 15. 12. 16. 1. 4. 13. tali modo.
6 8 5 21
16 1 4 13
In alio āt latē nūerus erit. 11. 6. 7. 10. 14. 3. 2. 15. tali mō.
11 6 L 01
14 3 2 15
Si autem diſtinguat̄ p colūnas erunt trigintadue co-
lumne earūq3 numerus erit in primo latere talis. 18. 17.
16. 15. 10. 9. 24. 23. 31. 32. 1. 2. 7. 8. 25. 26. tali modo.
81 L1 61 51 01 9 42 52
31 32 1 2 7 8 25 26
In alio aūt latē numerus erit. 22. 21 1/. 14. 13. 20. 19. 27.
28. 5. 6. 3. 4. 29 30. tali modo.
22 12 21 41 51 02 02 61
27 28 5 6 3 4 29 30
ſunt varie id genus foliorum complicationes vtpo-

te ſi ſexternus fiat ex folio integro ⁊ medio vel octer-
nus vt ſi folium in quattuoꝛ plicetur ⁊ in illius medio
ponantur alius quaternus. Pro ꝓ horum omnium me
moꝛia id obſeruetur quatenus in loco vna tabula fin-
gatur in qua numerorum imagines collocentur vt po-
te pꝛioꝛis lateris numeri iuxta murum ⁊ alij in eoꝝ op-
poſito: vt ſi folij in quattuoꝛ plicati numeros collocare
placeat qui ſunt in pꝛimo latere tales. 5 4
ponaṫ tabula ⁊ ab vno lateṙ ſedeāt margaṙ putei: 8 1
⁊ marga ben apud murum: ⁊ paſtoꝛ bach. ⁊c.

## De modo legendi incoꝛpoꝛandi meditandi ⁊ repetē-di ea quoꝛum memoꝛiam experimus Capitulum decimumquartum.

Cum meminiſſe quippiam velimus oppoꝛtunum eſt in pꝛimis ipſum curſim bis terue lectitādo trāſcurrere: atq; deinde oꝛdinem ꝯſtituere ⁊ cuiuſlibet particule ſententiam indagare: Et poſtremo ſententiā ipſam facile memoꝛie commendabimus In qua rei id obſeruandum erit vt cuiuſlibet partes imagines effingamus: eaſq; ſeriatim locis cōmendemus: ita qdez vt pꝛime ſiue imago ſite firmiterq; inſculpaṫ priuſq̄ moliamur alterā collocare. Atq; ſemp pꝛimas cū poſterioribus repetamus: vt pote poſita ſcda nō ꝑius tertia ponaṫ q̄ꝫ pꝛimā cum ſcda reſumpſerimus: adbuſq; ſite memorie inhereat Non tn̄ multa longaq; ꝯtinuatione mentē defatigare opꝫ: ſed īterpolatione aliqua pauliſp remittamus: videlicet dum qntum attigerimus locum: deinde in decimo pauſabimus. Et in qnto quoq; moꝛā agere ꝑpauculā remediabiṫ defatiſcētib⁹ virib⁹. Dū ite q; aliquez poſueris qnarium: loca ipſa diuerſimode / a calce ad verticem atq; retrograde ſimul cū depoſitis repere

imaginibus: ⁊ intentionem indubie aſſequeris. Si ta/
men reliqua ꝑcepta ſeruaueris ac que naturaliter me/
morie conducunt: Neq; arbitreris ſolis locis ⁊ imagini
bus diuinum quid agere: niſi ⁊ naturalis aliqua ſaltē
mediocris aſſit memoria: quam nãlibus quoq; diligen/
tius cuſtodiendam ſuadeo: ne fruſtra nitaris: que vbi cõ
petens fuerit hui⁹ artis beneficio ſi rite fungamur plu/
rimum ſuffragabitur. Ea quoq; quoꝝ memoriam effi/
cere placet vbi in partes diuiſa fuerit: cuilibet ſuã ima
ginem applicabimus ⁊ vt iam diximus locis mãcipabi
mus: quod tamen ita fiet quatenus inter legendum vo
ce alta non vtamur: at potius ſubmurmurãdo medite/
mur. Et quoniã contemplationi ſilentium maxime cõ
petit/ in nocte reſolutis vaporibus vbi ſpiritus purifi/
cati fuerint noſtro ſtudio intendendum eſt: vt alibi edo
cuimus. Ea ſiquidem tempeſtate noctis intẽtio minus
ad exteriora euocaſ. Inſuper huic ꝑhi aſtipulantur ſnie
inquientis. Mane ante lucem ſurgere ⁊ phie operã da/
re ⁊ ſanitati confert ⁊ noſtre rei familiari. Ut itaq; rē
vnico abſoluã verbulo optimos i facultate tua tibi deli
ge authores: quos tibi q̃ familiares facito ſepius repete
ſententias conſidera ⁊ circunſtantias ſcripturaꝝ. Sen
tentiã ante omnia elabora intelligere: ⁊ quo tendat cõ/
templare: verba penes ſinlas in partes diuide ſingulas
partes ſigillatim recũ repete: ⁊ in memoria fige eo po/
tiſſimum tpe quo mẽtis non grauior eſt occupatio ⁊ ſpi
ritus aïales in ſuo robore vigoroſi pſiſtũt. In tuo quoq;
ſtudio vires metiaris ne vltra metam protendas. Ac
alia que alibi in noſtris edituinculis lectitaſti obſerua
vel maiorum de modo ſtudẽdi ꝑcepta. Que longũ erat
iterum hic repetere: potiſſimũ vbi feſtinantiſſimus pe/
ne immaturũ extorques opus. Quare vnico dũtaxat
concludentes verbulo: huic opello finem imponentes:

grauiora pollicemur cū id ocij nacti fuerimus.

## Concluſio operis.

Symonides Chius poeta preſtantiſſimus olim (vt aiunt) Cranone in Theſſalia apud Scopam hominem fortunatum atq; nobilē cenans: carmen qd̓ in eum compoſuerat cecinit. Et quoniam in eo pleraq; ornandi cauſa: pro more poetaꝝ in caſtorem atq; pollucē effinxerat: ob id Scopas Symonidi aiebat ſe dimidium ꝓmiſſi daturum pro illo carmine: & ꝙ reliquum a ſuis tyndaridis quos eque laudaſſet peteret. Inter q̄ paulopoſt Symonides euocatus a duobus iuuenibus egreditur: & mox cōclaue in quo Scopas epulabat̄ corruēs eum vna cum ſuis oppreſſit: Quos humare volentes nequiuerant obrutorum cineres internoſcere. Aſt Symonides ex eo ꝙ nouiſſet quo eoꝝ quiſq; loco recubuerat queq; obtumulandum monſtrauit. Ex qua refertur memorandi artificium primitus iniciatum: A ſequacibus autē pro cuiuſq; ingenij vi auctum variatūq; & diuerſis traditum ꝑceptionibus. Inter quos poſtremo non aureos ꝓmiſi mōtes: ſed qd̓ ex alioꝝ ꝑceptionibus hauſi & ꝓpria cōperi induſtria: ob meā in te obſeruantiā Joannes dulciſſime tibi ꝯgeſſi in hoc opellum. Ex quo nolim eſtimes te mox in alium diuinatorem excreſcere. Nō equidē poculi more tibi aut cuiuis alij ſciam infundere cōceſſum habeo. Sed cū in quauis diſciplina tria potiſſimum exigant̄ ad habitus conquiſitionē: Natura/vſus/ & ars: Artem quatenus licuit tradidi nauande cuiuſq; diſcipline: quā ſi in meliorē vſum verteris me hercle nō paruam nanciſceris frugē: Si quippe indies perpaucula notioni tue adieceris doctior euades vt ꝗſpiam ait: Paruula ſi tenues ſup adieciſſe puſillis. Idq; frequēs peragas magnus cumulatur aceruus. Sed noſti quoq; illud Horatij: Qui cupit optatā curſu ꝯtingere metā:

Multa tulit fecitq; puer ſudauit ⁊ alſit: Abſtinuit Ve
nere ⁊ baccho: At qui cis ars innaniter ſuſciperetur in
caq; fruſtra torqueremur ſi penitus nãe commoda no/
bis alieniſſima forent: adeo vt neq; loca retinere: ⁊ ima
gines effingere poſſemus. Sũma ꝓinde tibi cura ſit au/
xiliande nãe pꝛobo rõne ſecretiſſima: ex qbus nonnulla
laborioſiſſime eruimus: verũ ſi medicinis memoriam au
gere velis. Qđ medicorum eſt promittunt medici: tra/
ctant fabrilia fabri Tu medicus cum ſis Galenũ Aui/
cennam Hypocratem Meſue ⁊ alios ad manu; habes:
Alius familiarius iter Neothericos Marſilius ficinus
muſarũ phyſicus adminiculatur: Joan. michaelis/ inun
ctionibus ⁊ cataplaſmatibus aliiſq; remedijs memoriã
intentat. Nãm cura. Artẽ obſerua ⁊ vitium frequentat
Non tam multa lege q̃ pauca multum: eorũ ꝑcipue qui
non verbis chartas implent eriſq; voti compos. Acci/
pe itaq; mella inter vepres collecta manu noſtra. Joan
nes ideo inter vepres q̄ adinſtar Julij Ceſaris (in obe/
dientiarũ exequutionibus) huc illucq; proficiſci iuſſus
coegiſſem. Quemadmodũ quoq; Plinius iunior in iti
nere ſemp ſtuduiſſe memoratur: ſtudium exagere neceſ/
ſum erat: Ad qđ Alexandri macedonum Regis in ca/
ſtris ſemper quippiam lectitantis plurimum incitauit
exemplũ. Vale Kyrdorp apud bruieler vbi huic noſtro
opello (ꝓpter tuã nimiã feſtinantiã; inſtantiã) nondũ
reuiſo finem impoſuimus. Anno dñi milleſimo quingẽ
teſimo tertiodecimo: die vero martis infra octauas bea/
ti Martini epiſcopi. Iterum atq; iterũ vale ⁊ tui Joã/
nis Joãnes chariſſime ne vnquam obliuiſcaris.

Peroratio exemplaris in totum opuſculum.

Finis.

Regiſtrum.

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes ſunt quaterniones.

¶ Venetijs per Melchiorem Seſſam
Anno domini. 1533.
Menſis Julij.

